



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De pensione, eiusque qualitatibus. punct. 11

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

dignitatis non curatæ debet intra annum suscipere ordinem tali præbende annexum, sicuti si proprietarius esset et quæsio procedit, casu quo obligatus sit pro proprietario inferire. Nam si à servito ex eucor, nulla appetit curia obligations, cum titulum beneficij non habeat. Posita vero obligatio se ferenti, adhuc aliqui posse videri obligatum non esse, saltem sub gravi culpa intra annum ordinis præbenda annuo infingit; quia haec obligatio annexa est præbenda, non illius servitu; servitu; namque præbenda fieri potest; quia actus ordinis facit exercitare. Cum ergo coadiutor, præbendum non habeat, sed servitum: non videtur haec obligatio teniri. Item coadiutor ad solam causam obligatio nem videtur teneri, hoc est si in servito deficiat satiatisfacit coadiutor, non autem videtur teneri ad obligacionem praesciam. Rationes haec leues sunt, neque ob illas recedendum est a locuta sententia, affirmante supradictum coadiutorum obligatum esse, sicut & proprietariatum, ordinis præbenda anno infingit. Quia ex coadiutoria accepta obligatur non solum satiatisfacit coadiutor, si non ferunt, sed obligatur ad suendum: alia Ecclesie non fatis est prouisum. Ad servitum præbende habentis ordine aliquem annexum, exercitii non potest sine tali ordine: ideo enim præbenda ordinem sibi non ferit, quia servitum illius illum ordinem expostulat. Ergo coadiutor obligatus ferunt præbenda, obligatur qualitates habere seruatoe requisites.

44 Trigesimoquarto dubitatur: tenetur ne coadiutor subiecte onera canonorum iuniorum an tantum solus cui coadiutus? Cuius est resolutio, obligatum non esse subiecte alia onera, nisi sui coadiutori, quia tantum loco illius subrogatur, neque ipse est canonicus, ut propterea onera canonorum subire debeat, Garcia dicit, part. de benef. c. quinto, n. 142.

45 Trigesimoquarto dubitatur: multæ ordinariæ, quæ præbendas imponi solet ob culpas, & defectus in servitu commissos, imponi eis possint ob culpas, & defectus in tali servitu commissos à coadiutoribus? affirmatur respondendum eis cum Ga. c. dicit capite quinto numero 143. Quia coadiutor defectus censorum proprietati defectus esse: in tantum enim proprietatis à residencia excusat, in quantum medio coadiutor residet. Ergo si coadiutor deficit, ipse defecte censetur. Verum si coadiutor à residencia excusat, est ob infirmitate, vel aliud impedimentum legitimum, non videtur ob coadiutoris defectum multari posse; quia cum non teneat ipse infirmitatem, neque tenetur per coadiutorum: ergo regum non est, vt multetur ob coadiutoris defectum. Neque oblat coadiutorum non habere præbendam, in qua multetur, quia sufficit, vt multari posse in aliis bonis, & coadiutoria priuari, si non contingat. Ex quo à fortiori constat ob defectus alios coadiutori extra servitum præbenda commissos, nequam posse coadiutorum multari, quia ipsi coadiutori tribui non possunt: sic Garcia *supra*.

46 Trigesimoquinto dubitatur, possint ne Ecclesie cathedralis coadiutores assignatos à Papa non admittere, aut illorum potestatem, & autoritatem limitare?

Catum est id fieri non possit quia dispositionem superioris neque inferiori mutare, inferior, de maior, & obedient, & clere, ne Ramani, de electione. Alias inferior est ipso superiori superior: sic Garcia dicit, quarta pars de benef. cap. 5. numero 144.

47 Trigesimosextus dubitatur: an tenetur coadiutorius coadiutori congruum sustentationem ministrare? Respondeo tenetis deservi, ex cap. cum secundum Apofolom, de præbenda, & Trident. sif. 2. cap. sexto de reformata, qui altari ferunt, de altari viuere debet: & tradit, aliis relatis. Garcia dicit capite quinto numero 145. Gonzalez gloss. 5. §. 9. numero 96. Limitandum tamen est, nisi ipse coadiutor huic stipendiо cesserit, vt communiter cedere coadiutores solet ceterum futura successione. Quia cessione facta gratis seruire tenetur: quia non voluntate illarum suscepit obligacionem. Verum si ob paupertatem impensis reddatur Ecclesie decenter seruire, obligatus erit coadiutori, et illi ministrare, quibus potens reddatur: quia non aliis coadiutoris celiſſe huius stipendiū ita necessario, est enim celiſſo irrationalib; & in graue Ecclesie detinimento.

48 Trigesimo septimo dubitatur, an coadiutor tenetur ministrare facere de beneficiis obtentis, vt gratia coadiutoris sima sic: & quidem si beneficia residuum expostulare cum servitu coadiutoris incompatibilem, clarum est fieri debere mentionem; quia finali rei nō possunt. At si beneficium sic simplex, neque residuum incompatibilem cum coadiutoria habeat, nonnulla dubitatio est, debet ne fieri illius mentio ob coadiutoria gratia, si quidem coadiutoria beneficium non est, sed ius ad illud, & illius servitum non impeditur alterius beneficij possesse servitum. Nihilominus dicendum est faciendum esse mentionem cuiuslibet beneficij posselli, & iuri ad illud alias coadiutoria cum futura successione nullius est, colligitur ex cap. si motu proprio de præbenda, in 6. & element. 2. de officio ordinari. Nam esto in illis textibus sermo sic Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

de collatione beneficij, & non de iure ad ipsum, quamvis collationem irritat Pontifex, si facta fuerit habens beneficium, cuius in impetratio non fecerit mentionem. At cum ex iure ad beneficium collatio beneficij inferatur, & sit quasi quædam anticipata collatio, ex quenda tamquam tempore vacationis, fit sane faciendum esse cuiuslibet beneficij mentionem, sicut si de facto non ius ad beneficium, sed ipsum beneficium collatum esset: sic Garcia 4. de benef. c. 5. num. 146.

49 Trigesimo octavo dubitatur, an ob omissem expressio nen beneficij à coadiutorio habili coadiutorie gratia nulla sit, non solum quod futuram successionem, sed etiam quoad servitum: Optime responder Garcia, supra num. 147, effe nullam: quia coadiutor non est obligeat intendit ad servitum beneficij, nisi successio ei concedatur, neque Pontifex alia via obligat, nisi successionem concedendo. Cnm ergo tacens beneficium habitu non obtinet ius succedendi, non videtur obligatus beneficio seruire.

## PUNCTVM XI.

## De pensione, eiusque qualitatibus.

**M**axime necessaria est huius materiæ cognitione: quia usus illius frequens est, & pluribus difficultatibus implicatus. Claritas gratia in plures §§. diuidemus, quibus omnina, quæ de pensione frequenter occurrant, pro viribus explicabimus.

## S. I.

Quid sit pensio, quotplex, & an sit beneficium.

1. Explicatio definitio pensionis.
2. Duplex est pensio, spiritualis & temporalis.
3. Arguitur pensionem spiritualis beneficium esse, & sub beneficio comprehendendi.
4. Resolutur beneficium non esse, neque sub beneficio comprehendendi.
5. Satisfactio oppositis fundamentis.

**P**ensio est ius percipiendi fructus ex alieno beneficio aliqui iusta de causa, sive ad tempus, sive in perpetuum concessum: colligitur hac definitio. Cardinal. Imola, element. 1. de supplend. negligenti, prælat. Hieronym. Gigant, de pensionib. question. 1. & 28. Gonzalez in regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. numero 2. Joanne Azorio 2. part. institut. moral. lib. 3. capit. 5. in princip. & lib. 8. capit. 5. question. 1. Leonard. Lessio lib. 1. de infinita. capit. 34. dub. 37. numero 201. Gataea de benef. 1. part. capit. 5. §. 1. a numero 162. Tolci, in summ. lib. 5. cap. 8.

Dixi esse ius percipiendi fructus alieni concessum: quia negari non potest pensionarium habere ius exigendi ex beneficio portione: sibi sicutam est enim quæ vñfructuarium beneficij debet tamen esse ius percipiendi fructus ex alieno beneficio ex proprio namque non percipit pensionem cum totum iuri sibi. Hoc ius ad tempus, & in perpetuum conceditur. Ad tempus conceditur, si concedatur tibi dum studiis vacaueris, vel aliud ministerium exercueris. In perpetuum conceditur, si pro tua vita concedatur.

2. Duplex est pensio in genere loquendo: alia spiritualis alia temporalis. Spiritualis statim clericalem in pensionario requirit. Temporalis fecit. Item spiritualis expostulat spiritualia officia, ex constitutione p[ro]p[ri]o V. nempe recreationem officij B. Virginis. Temporalis nullum spirituale ministerium expostulat. Hinc si portionem extractam ex aliquo beneficio esse pensionem spirituale, si clericu[m], quatenus talis est, concedatur temporali, si laico ob ministerium tempore exercitum, vel exercendum fuerit concessa.

3. Dubium tamen est: an pensio Ecclesiastica, & spiritualis sit beneficium? Dixi, Ecclesiastica: nam temporalem, certum est, beneficium non esse, cum non sit ius spirituale percipiendi fructus, sed tempora, quale est concessionem Hilpanus Regibus, qui tertiam partem fructuum ex omnibus sibi beneficis recipiunt ob servitum praeditu[m] Ecclesiæ in extirpatione hereticorum, aliotumque infidelium, & quale concedetur famulis, & ministris Ecclesiæ servientibus in pulsatione organorum, in figurato canto, in ostiorum apertione, in serum Ecclesiasticum custodia, in Ecclesiæ patrimonio, & similibus, & quale habent patroni, qui in fundatione Ecclesiæ aliquos fructus sibi reservant: omnes enim i[us] t[em]porales sunt ob servitum tempore prædictum, vel praetandum. Et de his certum est non esse beneficia Ecclesiastica.

Solum de pensione spirituali, & Ecclesiastica est controversia: si an sit beneficium, vel saltem appellatione beneficij comprehendendatur. Affirmat Gambarus de officio legati, lib. sexto, num. 30. Paul. Roman. de pensionibus cap. sexto, num. 34.

p. 169

**G**. c. 7 n. 16. Sequentes Andream Barbatiam in cap ad audienciam, 2. de rescript. Moueri possunt primo ex dict. cap audienciam ibi; recipientes ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia proponen enim alia, similia denotat, & constat ex leg. si fugitius ibi, alia pena. Codic. de seruis fugitiuis, sunt a gloss. sive quae air, alia pena, scilicet simili, & tradit Menochius libro primo de arbitris, questione 30. num. 122. Gutier, de iuram. prima parte cap. 14. num. 1, fine. Ergo denotat pensiones beneficia esse. Secundo, per hunc loco beneficiis subrogatur, ut contingit in clericis, qui beneficiis religiosi reseruata libi aliqua pensione, sed subrogatur sapientiam natum eius, in cuius locum subrogatur. leg. si cum §. iniuriarum, ff. si quis cautionibus, leg. sive sua §. Tertia, ff. de conditionib. & de nominib. & pluribus exortis Anton. Gabriel, sicut de Reg. iuris. concil. 2. per toram, Tiriacum, de retract. lignag. §. 1. gloss. 1. a. num. 12. Tertio, beneficium Ecclesiasticum definiatur, ut sit ius spirituale percipiendi fructus, sed penitus concepta in titulum et ius spirituale percipiendi fructus. Quid autem ius non sit ius perpetuum, sed temporale, non viatur sufficiens esse ad diutinatum specificam concedendam.

**4** Ceterum tenendum est, pensionem Ecclesiasticam beneficium non esse, neque sub illius appellatione venire: sic post alios antiquiores Azor. insit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 5. quast. 2. & lib. 8. n. 1. 9. 4. & Tole. in sum. lib. 5. cap. 82. n. 2. Gonza. ex ad reg. men. gloss. 5. 8. 5. in princ. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. numero tertio. Et videtur decidi in cap. quattuor, de probandis, in 6. ibi, non pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis volumus provideri & in Trident. sess. 2. cap. secundos de reformat. vbi pro ordinibus suscipiendo diecimode loquitur de habentie beneficium, vel pensionem. Ratione vero probatur: nam beneficium et ius spirituale perpetuum percipiendi fructus ob ministerium spirituale; quia beneficium datur propter officium. At pensione non est hoc modo ius spirituale perpetuum. Tum qui pensionari vita finitur, & extinguitur, neque in ea datu succ. siccus in beneficio, quod morte beneficiarii non extinguitur, sed vacuus est, vi per alios possiden possit. Tum quia spiritualitas iuri, pensionis, & beneficij est diversa; quia beneficium semper fundatur in spirituali officio, & ministerio. At spiritualitas pensionis non in officio, sed in personaz qualitate fundatur. Nono enim pension concessa in titulum datur ob officium spirituale, tam si illius detor obligatio ex lege, sed datum in substantia vita, & alimentum.

**5** Neque oblati fundamenta contraria. Ad primum ex cap. ad audienciam, dico distinctionem aliis, non semper ampliare cardem qualitatem, praecepit cum ex subiecta materia aliquod absurdum sequitur ut manifeste constat ex illo Matth. 28. & Marci 15. vbi de Christo Dominio dicunt, cum ex crucifixi sunt alii duo latrones & tradit. Gloria cap. 7. sedes, verbo maiores, de re scriptis, & ibi Imola n. 11. Felin. n. 6. & aliis allegatis, Thom. Sancti. lib. 3. de matr. disp. 20. num. 8. Ad secundum nego subrogatur habere eandem qualitatem cum eo, cuius loco subrogatur, tametsi illius naturam imitteret, & in praesenti materia est exemplum manifestum in patrimonio, quod ad suscipiendos ordinis loco beneficij subrogatur, cum tamen nequam beneficium sit. At tertium constat ex probatione nostra conclusionis ius pensionis esse omnino diuersum a iure per beneficium collato.

### S. I. I.

Quis possit in beneficiis pensionem imponere.  
Et ex qua causa.

- 1 Expenduntur causae, ob quas Pontifex potest assignare pensionem.
- 2 Pensionem impositam sine causa an valeat. Qui defendat non valere.
- 3 Probabilis est oppositum.
- 4 Quid dicendum de Episcopis & Remissione responderetur.
- 5 Qualiter legatis concessa sit potestus imponendi pensiones.
- 6 Nullatenus abs que causa ordinarius, ne legatus imponere valide pensionem potest.
- 7 Pontifex de plenitude sua potestus imponere pensionem potest in beneficiis iurispatronatus laicorum absque consensu patroni.
- 8 De Episcopo aliquis affirmat.
- 9 Contrarium est probabilius.
- 10 Explicatur quadam Garc. limitatio.

**D**icitur potestate Pontificis nullus dubitare potest, cum pones ipsam sui honorum omnium Ecclesiasticorum administratorem, cap. 2. de probandis, in 6. & elem. prima in fine, ut lito pendente. Gigas de pensione, quast. 6. num. 1. Garcia 1. part. de benef. exp. 5. num. 274. Quapropter & temporalem, & spiritualem pensionem imponere potest, ut probant texus, & doctores relativi. Debet tamen iusta causa duci in huius impositione, iusta autem erit, si in utilitatem Ecclesiae cedat talis impositio, quod semper praeiumentum est, dum contrarium

non confert. Gigas questione prima numero quarto. Et quast. num. 7. Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. num. 278. Quod si in particulari inquiras causas iustas imponendi pensionem? Respondens pro persona temporali debet esse scutitum aliquod Ecclesiae faciendum ab ipso pensionario, in cuius stipendum illa fructuum Ecclesiasticorum portio a beneficio sciungit, vel potest esse scutitum aliquod factum ab ipso pensionario, vel a iuis confanguineis, in cuius obsequiis gratitudinem illa pensione conceditur. Pro pensione spirituali duplex causa agnatur a doctoribus, sub qua multiplex comprehenditur, laicorum scilicet, & onerosa. Luciferius, cum ob causam aliquam piam, & honestam reseruatur ribi ex alieno beneficio, verbi gratia, quia studis vacas, hospitalitatem exerces, honeste viuis, aut alia via de Ecclesia es benemeritis. Onerosa causa; quia sub onere aliquo pensione tibi concedetur, ut contingit, cum conceditur tibi pensione, quia beneficium Possessum resignas, iuxta exp. super hoc de renuntiis. vel qui cedes licet, & iuri pretenso, iuxta cap. n. 12. de pensionibus, quia rationum beneficium cum altero minori permutas, cap. 12. quia pensionem de rerum permuat.

**2** Dubium tamen est, an pensione imposta a Pontifice abs. quia causa legitima validata sit, & pensionatus licet illam retinere possit? Et quidem si Pontifex paratur legitimam causam addesse, cum tamen non sit, nulla est concessio, quia est contra voluntatem Pontificis, qui nunquam ex primumendum velle, abique causa beneficia grauata: sive Gigas questione, quast. 1. num. 5. Azor. 2. part. insit. moral. lib. 8. cap. 5. quast. 8. ad suum Flamin. Parvus lib. 6. de resignat. quast. 2. num. 7. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. n. 280. At quando certo constat, Pontificis libera sua voluntate ductum voluisse beneficia grauare, & omnis pensionis imponere plures doctores censere illicitam, & invalidam esse pensionis impositionem, neque obtinenter intendere posse: sic Victor relata de Simonia, n. 50. & 5. 1. Arag. 1. question. 6. articul. 2. verific. de annuis autem pensionibus. Gambinus de officio legati, lib. 10. num. 386. Eman. Rodriq. in summ. 2. tom. cap. 21. Vega in summ. 2. part. cap. 6. cap. 6. Pet. Letetius 2. part. summ. tractat. 7. cap. 1. & tradit. 12. concil. 11. Tole. summ. lib. 5. cap. 83. n. 1. ver. secunda est. Lusius de iust. lib. 2. cap. 34. n. 204. Gab. Valsq. in opere de benef. cap. 1. 3. dub. 11. a. num. 68.

Ratio est, quia Pontifex non est dominus beneficiorum neque illorum fructuum, alias sine culpa posse in quantumque vsum de illis disponere: sed est illorum administrator, & dispensator, iuxta illud Pauli ad Corin. 4. sive nos existimus in manu, ut ministros Christi. & dispensatores mysteriorum Dei. Administrator, & distributor ius non habet dispensandi, & distribuendi, nisi quatenus vsum fuerit ei, cuius est dispensator, & distributor. Christus autem dominus, cuius Pontifex est dispensator, & distributor, non consernit in distributione Ecclesiasticorum bonorum, quia Ecclesia noxua sit, quia est peccato beneficis abique causa imposta. Ergo inuidelis Pontifex illam imponit, & inuidelis accipit pensionarius.

**3** Ceterum mihi probabilius est, pensionem a Pontifice sine causa imposta validam esse, & securam a pensione accipi, tametsi illicite fuerit imposta, & a Pontifice debet resarcire expedita docuit Cordub. lib. 1. qq. 9. 11. pndt. 11. Azor. 2. p. insit. moral. lib. 8. cap. 5. q. 8. & multis allegatis, Garc. de benef. 1. part. exp. 5. n. 175. Gigas de pensione, q. 6. n. 6. & q. 9. 1. Flamin. de resignat. lib. 6. q. 2. n. 131. & 155. Sanch. lib. 7. in decal. cap. 29. n. 97. Et quidem illicitum esse talis pensionis impositionem est manifestum. Tum quia generale est quamlibet actionem sine legitimo fine factam illicitam esse. Tum quia contrariectionem est bona Ecclesia dispensante extra finem, ad quem fuerunt relata, sed fuerunt relata pro bona Ecclesie, & in augmentum fidei, & diuinis cultus, ut de se constat. Ego distributione, quo in bonum Ecclesiae non cedit, qualis est imposta pensionis sine causa, illicita est. Quod autem validi sit, probo, quia negari non potest dominum ecclesiasticorum bonorum penes Ecclesiam rendere, & consequenter penes Pontificem, tanquam illius caput, & superiorem. Ergo si Pontifex haec bona alienet, validè alienat, tametsi alienationem ipse, & successores & uocare possint, & debent. Deinde esto Pontifex beneficium & Ecclesiasticorum fructuum dominus non sit, sed solum dispensator, & distributor, si tamen inter clericos illa bona dispensetur, valida est talis dispensatio etiam sine causa, quia talis dispensatio non est in substantia contra voluntatem Ecclesiae & Christi, si quidem non est dispensatio extra Ecclesiam, sed solum in modo, & voluntate dispensationis est contra voluntatem Christi, & Ecclesiae. Quod exemplo prouisionis beneficiorum constitutum potest. Beneficium enim collatio digni facta, omisissi dignioribus, illicita est, qui est contra bonum Ecclesiae, & modum ab ipsa praeceptum, ut talis collatio vaada sit; quia non contradicit substantiali eius intentioni, quae est ut ministris dignis collatio fiat. At si pension non pro clericis, sed pro laicis imposta sit & Pontifex solum sit Ecclesiasticorum bonorum administrator, sitima non erit ob rationem iu prima sententia dictam, quia

et contra voluntatem Ecclesie talis distributio, & alienatio.

4 De Episcopis est grauis difficultas; an pensionem impo-  
get possit, & qua ratione? Quam difficultatem explicui titul.  
al. de iuris religioni appositi: dispu. olt. de Semina, punc. 16,  
& 19, ibi enim resoluimus, secundum probabilitatem senten-  
tiam, non posse ordinarium pensionem beneficio imponere, sed  
solum beneficiario, excepta causa pacis, & concordie.

5 Ex qua resolutione inferitur, idem esse dicendum de po-  
tentia delegata i latere in beneficiis, quae ipse conferre potest,  
et sunt omnia non referuntur. cap. 1. de officio legati. in 6. & con-  
sequenter pensionem imponere potest eodem modo, ac ordi-  
narius: hoc Azorius tom. 2. institut. moral. lib. 8. cap. 6 question. 2.  
In beneficiis autem referentibus nequaquam pensionem imponere  
potest sicut neque ipse conferre. Gigas question. 6. de pen-  
sionib. 19. Zechus de benef. & pensionib. cap. 11. num. 5.  
Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 25. Nuntijalique legatis  
qua per se non habent potestem conferendi beneficia, à  
fortiori neque poterunt pensionem illis imponere. Gigas di-  
as quis 6. num. 20. Garcia num. 286. Sed quid si eis haec facili-  
us conferendi beneficia concedatur? Distinguunt Garcia num.  
292. de facultate concessa simul cum ipsa legatione, vel ab illa  
separatis: & affirmant, si facultas conferendi beneficia fuerit  
in ipsa legatione concessa simul cum ipsa legatione, posse beneficium  
pensionem imponere; quia talis facultas est ordinaria; ac pro-  
inde sicut ordinaria, regulanda est, & extendenda. At si separa-  
tum à commissione legationis hæc potestas concedatur, tunc  
quia delegata est, restringi debet, vt non extendatur ad pen-  
sionis impositionem. Mihil ramen probabilis est, quocun-  
que modo haec facultas concedatur, nequaquam extendi ad  
impositionem pensionis: sic Gigas de pensionib. question. 6. nu-  
mero 1. Azorius 3. part. lib. 8. cap. 6. question. 1. Moucor; quia  
pensionis impostio sub collatione beneficiorum non compre-  
henditur. Ergo quantumcumque potestas conferendi beneficia  
extendatur, extendi non potest ad pensionis impositionem.  
Ordinarius autem non ex potestate conferendi beneficia  
pensionem imponere potest, sed quia à iure est ei speci-  
culari concessum in causa pacis & concordie, ex capit. de  
causa, de transactionibus. Quocirca admitto potestem con-  
ferendi beneficia iuris in commissione concessam, esse  
ordinaria; et quod eorum potestas legationis ordinaria sit,  
cui annuitat hæc potestas beneficia conferendi, eiusque qua-  
litatem fortuit, ex reg. accessoriis de regul. iuris. in 6. pro-  
bat. text. in capit. translat. de confit. ibi: Quia simul, &  
ab eodem, & sub eadem pensione virtutate data sunt, quod  
de uno dicunt, necesse est, vt de altero intelligatur. At ne-  
go tamē potestem ad pensionem imponeandam extendi; quia  
impositio pensionis non est beneficiorum collatio. Quod con-  
firmari potest ex iis, quae tradit Garcia dicta 1. part. de be-  
neficiis, 5. numero 29. vbi affirmat Nuntius Hispaniarum ha-  
bentes potestem conferendi beneficia, que non excedunt  
valorem 24. ducatorum de camera, non posse pensionem ullam  
illis imponere. At hæc potestas simul cum legatione illis com-  
mittitur, quod sufficiens non est, vt ad pensionis impositionem  
extendatur.

6 Adierto tamen, quotiescumque ordinarius imponere  
pensionem potest, id ex iusta causa faciendum est; alia nulla  
est talis impositionis: vt ex communis omnium sententia docet  
Decis. cons. 457. num. 12. Flamin. Parisi. de rescript. lib. 6. q. 2.  
num. 156. Garcia innumerous rescripts, 1. part. de benef. cap. 5.  
num. 196. & 322. Et ratio est manifesta: quia pensiones impos-  
titio etegualiter contra ius, cap. unico, ut Ecclesiast. benef. si-  
st. diminut. conser. Quod Episcopus nequit absque causa deroga-  
tare. Quod adeo verum est, vt penitus causam excedere non  
debet, sed potius illi debet communiteri, vt aliis relatis  
doce Garcia num. 323. Neque credendum est Episcopo affer-  
ti de se causam s in iis, quae quis liberè facere non potest,  
ei non creditur, sed necessario causam probare debet, ex leg.  
pro. 8. in fine de castrensi peculio. Abbas in cap. diversi fal-  
lacia. n. 3. de clericis coniugatis. Oldad. cons. 2. 26. Rebuff. de pa-  
cifico p. 107. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. num. 326.  
August. Barbola 3. part. de potest. Episc. alleg. 85. n. 12.

7 Ratus est difficultas, an Pontifex, & Episcopus in benefi-  
ciis iurispatronatus imponere pensionem possint absque con-  
silio patrum?

Ex quidem posse Pontificem de plenitude sua potestatis  
nemini potest esse dubium, quia omnia beneficia, & iurispa-  
tronatus illorum Pontifici subduntur. At non est censendum  
Pontifex eam voluntatem habere in beneficiis iurispatronatus  
laicorum, nisi id clare exprimat, quia cedit in datum Ecclesie  
quilibet huius iuris diminutio, sicut illius integra conser-  
vatio in bonum Ecclesie redundant: sic Cœtuarias præ-  
cap. 36. numero 10. Gigas de pensionib. question. 24. Lessius lib. 2.  
de iuris. cap. 34. in fine numero 207. Garcia alii relatis, 1. part.  
de benef. cap. 5. num. 361. Azorius 2. part. iuris. moral. lib. 8. c. 2.  
quis. 3. Dixi in beneficio iurispatronatus laicorum, vt tacite in-  
feruamus in beneficio iurispatronatus Ecclesiastici non esse  
spes speciali derogatione, sic colligitur ex Garcia supra; & tra-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

dic expressè Lessius, Azorius & Doctores, in cap. cum dilectus.  
de iure patronat. & ratio est; quia i patrōni Ecclesiastici non ex  
fundatione, sed ex gratia Pontificis iurispatronatus obtinerunt.  
Tum quia hoc iurispatronatus, comparatione iurispatronatus  
laicorum, est fatis diminutum, siquidem non semper, sed qua-  
tuor tantum mensibus in anno exerceunt; quae rationes  
videntur sufficere, vt illius non sit necessaria extensa men-  
tio.

8 De Episcopo variat doctores, an illis casibus, in qui-  
bus potest pensionem imponere, extendatur eius potestas ad  
beneficia iurispatronatus; ita vt in illis absque consentu pa-  
tronū possit pensionem imponere? Affirmat Gigas question. 23.  
Gambars de offic. legat. lib. 6. à numero 64. Azorius 2. part.  
iuris. lib. 8. cap. 8. question. 2. Lessius lib. 2. de iuris. cap. 34.  
numero 207. Ratio est potest; quia nullo iure cauerit esse  
necessariam huius iurispatronatus derogationem, & casu quo  
necessaria fit, quod non possit Episcopus illam praefare. Et quod  
non videtur necessaria, sic probo. Quia patrono nullum ex  
tali pensionis impositione praividicium videtur accedere, si  
quidem ei relinquatur libera prouiso beneficij; fluctus au-  
tem beneficij patrono non competunt nisi in necessitate, quæ  
cum non imminent, non est considerabilis; & dato quod im-  
minet, ipse praefendens efficit pensionem, vt pote qui prius  
in beneficio ius obtinet. argum. leg. potior & leg. qui balneum.  
ff. Qui potior, in pignor. habeantur, sed conceps aliquod fieri  
patrono praividicium pensionis impositione; unde proba-  
bitur Episcopum carere potestate faciendi tale praividicium.

9 Nihilominus existimo nequaquam absque consentu pa-  
tronū, & maximè laici posse beneficio pensionem imponere ab  
Episcopo: sic Rebuff. in praxi. 3. part. signat. num. 2. & 48.  
Rochus de iure patronat. vero honorificum question. 3. & ex  
Parte consentit Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 359. quan-  
tenus dicit non posse imponi pensionem, quia transeat ad suc-  
cessorem in beneficio, quod est dicere non posse imponi pen-  
sionem beneficio, sed beneficiario. Zechus de benef. & pen-  
sion. cap. 11. num. 7. ver. debet. August. Barbola 3. part.  
de potest. Episcop. alleg. 69. num. 21. Moucor, qui negari non potest  
grauie fieri praividicium patrono grauando eius beneficium  
pensione, etiam si ad solam beneficiari vitam grauatum sit;  
quia tali grauamine postio beneficium, quod alias maximè ap-  
petebat, vix est qui illud suscipere velit. At Episcopus  
hoc praividicium patrono inferre non potest. Tum quia hoc  
ius regulariter ex fundatione, & donatione pronenit, & Epis-  
copus ultimis voluntatibus praividicare non potest. Tum quia  
hoc iurispatronatus à Pontifice est approbatum, & confirmatum,  
& iuri à Pontifice concessio neque Episcopus deroga-  
re.

10 Limitat Garcia num. 360. nisi magna adellet Ecclesie  
vulnus; quia tunc posse Episcopum patrono vocato, & renun-  
te pensionem imponere. At ego credo ratio, vel numquam  
adesse posse Ecclesie necessitatem, vt non possit consensu Pon-  
tificis postulati, saltem vt pensio ad successores beneficij ex-  
tendatur.

### S. III.

#### Qui beneficiorum pensiones obtainere possunt.

- 1 Qualiter laicus incapax sit pensionis.
- 2 Non solum tempore nominationis, sed reservationis clericus  
debet esse.
- 3 Debet pensionarius habitum clericalem deferre, si pensio 60.  
ducatos excedit.
- 4 Aucto 14. annos nemo videtur expax Ecclesiastica pensionis.
- 5 Illegitimus dispensatus ad clericatum, non obinde censetur ad  
pensionem dispensatus, vt probabilis assertur.
- 6 Inhabitabilitas per sententiam ad beneficia, non est inhabitabilis  
ad pensiones. Secus si inhabitabilitas à constitutione proce-  
dat.
- 7 Reservatio pensionis excommunicato, aut suspicio facta nul-  
la est.
- 8 Quid dicendum de irregulari?
- 9 Qualiter religiosus incapax sit pensionis.
- 10 Dispensatum ad beneficia censio probabilitas esse dispensa-  
tum ad pensionem.
- 11 Quid si bona dispensationem concesserit Episcopus?

1 Vt huic quidem satisfaciamus, plures sunt difficultates  
examinandas. Prima, an laicus capax sit pensionis. Pen-  
sionem temporalem ob ministerium temporale Ecclesie exhibi-  
tur, vel exhibendum, certum est laico concedi posse; &  
sapè conceditur, non ab alio nisi à Romano Pontifice, cuius  
est fructus beneficij à beneficio disiungere, & profanos efficer-  
re. Quapropter de Ecclesiastica pensione est aliqua difficultas;  
an valeat si laico concedatur, qui facta concessione ceteris  
efficitur. Ratio difficultatis ea est, quia pensio non est  
beneficia

beneficium, sed ius quoddam temporale separatum ab ipso beneficio, ut tradit, *Gigas de pensionib. quas. 18.* Cæsar de Graffis *decis. 3.* num. 8. de probandis, *Gonzalez reg. 8.* cancelli. glori. v. §. 5. num. 25. & plures relati à Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. num. 7.

Ceterum omnino tenendum est inuidam esse reservacionem pensionis; si pensionarius clericus non sit. Tum quia ita habet stylus curiaz. Tum quia loco beneficii assignatur, & cum obligatione rectandi officium parvum B. Mariz. Tum quia ita declaratum est a Pio V. in sua constit. 71. & a Sixto V. in constit. edita pro habitu, & tonsura a beneficiariis, & pensionariis deferendis, quae est huius Pontificis 31. & tradit certum Nauart. cons. 63. de Simonia. num. 6. Lexius lib. 2. de infest. cap. 34. num. 203. Azorius 1. part. insitius. moral. lib. 8. cap. 7. quas. 3. Garcia pluribus decisoriis Rota comprobans 1 p. de benef. c. 5. num. 10. Talchus list. B. concil. 5. a. 5. C. 6. Vgolin. de officio Episc. cap. 50. s. 6. n. 2. Ad rationem dubitanti rego pensionem Ecclesiasticam esse ius temporale, sed id eico esse ius spiritualiter. Tum quia in statu spirituali fundatur, qualis est clericatus. Tum quia ex constitutione Pij V officium spirituale ha-abet annexum.

<sup>2</sup> *Supradictam doctrinam limitat Rota in causa Papien. priorius*, Michælis de la lotio, 6. junij 1607 coram D.Lan- cello, ut procedat in refectione pensionis pro etta persona, secus videtur cum pensionis ab ol'ute refecturam pro persona nomi- nanda, quia tunc videtur usitate, ut persona nominanda tem- pore nominationis clericus sit, tametsi tempore refectionis non fuerit; quia per ipsam nominationem ius ad pensionem habet, non per refectionem, tametsi littera expediantur sub data refectionis. *Ceterum hæc limitatio non probatur Gacæ de benefic. 1. part cap. 5. numero 16 neque mihi placet.* Quia tempore data refectionis debet persona nomi- nanda qualiter omnes habere requisitas ad pensionem Nam esto ius non habeat ad pensionem quoque nominatio acce- dit, ius tamen non proueniit ex nominatione, sed ex refectione cum potestate nominandi. Nominatio autem solum est quedam conditio, quæ retrahitur ad tempus refectionis. Proba que Gacæ exemplo resignationis, ad quam habilis esse debet resignari, tempore quo resignatio fit, tametsi eius con- sensus postea sucedat, quia consensus est conditio, ut resignatio effectam fortifiatur, sic in refectione pensionis dicendum est.

<sup>3</sup> Addunt aliqui non solum requiri, ut clericus sis tempore quo tibi penitus reseratur, sed quod debetas in habitu & tonsura clericali incedere. At hoc verum est etiam priore constituzione Sixti V. sed postea in illa constitut. 31. rigorem temperauit, ut solum pensionarius obligatus sis in habitu & tonsura clericali incederet, si penitus excedat summam 60. ducatarum de camera, & postquam pensionem exigere, aut percipere ceperit vel per ipsum steterit, quo minus percipiat: sic Garcia 1. pars de benef. q. n. 13.

4 Secunda difficultas est, quam etatem habeas, cum cibi penit Ecclesiastica restatur. Dixi Ecclesiastica, nam proiana nullam contam aitem requirit. Non defuit qui affirmit sufficere festum, quia hec etiam sufficit ad clericalem confratrum fulcituram, quae est dispositio ad pensionem requista cap*us* xliii, & ibi gl*ori* vii, verbo infantis de temporib*o*, ordinari*is* in gl*ori* penult*is*, in cap*us* si e*st* tempore de ref*er*pt*e*. eodem lib*o*. Neque obstat concilium Trident*e*, i*ss* 2.3. de reformat*e*, cap*o*. 6, assert*e*, ut nullius ante 14. annum obripare beneficium possit. Quia non videtur ad pensionem esse extendendum; si quidem pension non est beneficium propri*e*, & in rigore, & correctione iuris vitanda est quodam fieri possit. Cum autem ex iure commun*e* leptonium effici*s* iuffici*s*, ut constat ex dict*o* cap*o*. nullius. Et e*st* eo tempore; & concilium solium mentionem beneficij fecerit, non est cur ad pensionem extendi debeat? & ita sentit Stephan*e*. Gratian*o*, tom*o*. 3, discep*to* fore*nt*, cap*o*. 397, numero 17. & seq*q*. Lessius lib*o*. 2 cap*o*. 34, dub*o*. 3, n*o* 203, Zechius de benef*ic*i*o*, & pensionib*o*, c*ap*. 1.1. num*o*. 7, in prim*e*. Mosconius de maist*er* milit*is*, Ecclesiast*o*, lib*o*. 1 par*o*. 3, cap*o*. 3, pag*o*. 17. Aloysius Riccius in praxi, decis*o*. 430, in prima edit*o* & resolut*o*. 167, in 2.

Nihilominus probabilis censio neminem ante 14. annum  
capacem esse penitiosum, sicut neque beneficii. Monet; primo  
ex stylo curia requiritas eas qualitates pro obtinente penito-  
num, ac pro obsecante beneficium, ut bene probat. Nuari lib.  
consil. triad. de temporib; ordinat, in priori edit. consil. 23. nu-  
mero 2. *O* in posteriori consil. II. numero 2. stylis autem ex curia  
legem constituit, et quam gravem de criminis falsi. Secundo quia  
ita congregatio concilij declarauit, ut testatur doctores statim  
referendi. Tertio, quia penitus loco beneficii latenter simpliciter  
substitutum, & subrogatum qualitates habere debet eius cuius-  
dam loco subrogatur, ac proxime incapax beneficii, & penitu-  
nis incapax esse censetur, ut mis vis probat Sanchez lib. 2. m de  
calos cap. 28. numero 36. ita tradidit Eman sa verbo benificium  
numero 30. Lessius super relatus dicit se credere magis secun-  
dum mentem concilij illae, vi adulterii necessaria ad beneficia.  
Garcia de beneficis, I. part. c. 5. numero 120. August. Barbola 3.  
part. de potest. Epis. et alterius. 60. numero 78. Neque obstat rati con-

tracia: nam esto concilium non exprimerit pensionem sub nomine beneficii, illam comprehendit in supradicto texto, cum sit dictio conciliaris fauorem religionis, & in dignam rem Ecclesiasticaum administrationem constituta, ex proinde extendenda, ut comprehendat pensionem, qua pars beneficij est.

5 Tertia difficultas, an illegitimus capax fu<sup>r</sup> clericali pensionis? Ponimus dispensatum est: ad clericatum, & tali dispensatione postea affirmata plutes capacem esse pensionis, ab eo quod dispensetur in illegitimam: quia haec irregularius comparatio ordinis, & beneficii est, non pensionis. Gambarus lib. 6 de officio legatus numero 24. Zerola praxi p. 13. apud verbis ordo, quest. 4, circa f. em. Gonzalez pluribus, decimobus Rota comprobans, gloss. 5. §. 5. a num. 24. Maiol. de irregularib. lib. 1 cap. 10 num. 3.

Ceterum probabilius credo illegitimum clericum, quo cum ad beneficium dispensatum non sit, incapacem esse penitus, sicut & beneficij Moucer, quia secundum stylum unius curie habatum in data, & cancellaria Pontificis, incapax beneficii, incapax est pensionis; ita tenuit Lessius lib. 12. cap. 34. numero 223. Narratus conf. 11. numero 2. de temporibus ordinis. Et conf. de filiis presbyterorum. Et conf. 63. num. 5. de Simonice. Sanchez de mar. lib. 7. disp. 44. num. 9. Lib. 2. in decal. exp. 18. num. 36. Garcia de Orta. 1. part. cap. 5. num. 13.9. Et seqq. Zebulus de la-  
neche. & pension. cap. II. n.7.

6 Quarta difficultas ad inhabilitatem ad beneficia, si enim  
inhabilis ad pensiones? Negat. Nauatrus consil. 12, de resipit,  
numero 15, quem sequitur Gonzalez gloss. s. 5, num. 28, quia  
pensione non debet sub beneficio comprehendendi in lege pensionis  
et odiosia. Hoc tamen verum est cum quis per sententiam inhabili-  
tatum est; quia in sententia rigorosa interpretata, hanc  
est, ut alii relatis docet Garcia 1. part., de benef. cap. 5, numero  
12, Suarez tom. 3 de censuris disputatione 27, sed. 1. num. 15. Ac  
inhabitabilitate à constitutione procedit, credo probabilem inhabili-  
tatum ad beneficium esse etiam ad pensionem inhabilem, ob  
ratione superindictam, de stylo curiae & communis insenabili-  
tate incapacem beneficij, esse incapacem pensionis, Garcia  
d. c. p. 5. num. 123.

7 Ex quo sit reservationem pensionis factam excommunicato, & suspeno nullata est quia ab excommunicatione & suspensione incapax est beneficii, ergo & pensionis: si loquuntur de excommunicatione Tolet. in summ. lib. 1. cap. 13. Coarcurruias cap. alma mater 1. part. §. 7. numero 3. cap. 13. Gigas de pensionib. quaf. 1.4 Suarez de cunctis disputationib. 3. lib. num. 9. Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. num. 130 Lefius libr. cap. 34. num. 203. & generatice de qualibet centuria Azot. 1. part. in his. morib. lib. 8. cap. 7. quaf. 2. eaque de causa cum a pontifice aliqui referatur penit. apponitur clausula in resumenda, pena pensionis a quacumque excommunicatione, suspensione, & interdicto aboliriatur ad effectum supradictae refectionis consequendum: sic Azotius s. p. pr: quod necelatum non est: si haec censura non reddercent incapacem pensionis, sicut & beneficii.

8 Fit secundo' quid dicendum sit de irregulari, an incapax  
sit pensionis? Et quidem si standum est probabili sententia  
quam tradidimus loquentes de irregulari, in principe irregulari-  
tatem in quo non essentia capacem beneficij, ut cuius collato  
irrita sit, à fortiori neque pensionis exit incapax. At tunc  
communi sententia, affirmante irregularitatem in pacem et in  
in iuventute beneficij etiam simpliciter videbatur conquesiter dictum  
pensionis fore incapacem: & ita tradie Nautilus cap. 63.  
num. 5. de Simonia. Et cor. 14. numero 3. de homicidio. Flamin.  
Parisius lib. 4. de resugnat. quis. 3. num. 7. Lefthus lib. 2. cap. 34.  
num. 203. Vgolinus de irregular. cap. 65. §. 1. num. 3. Zcolra 1. p.  
praxi Episc. verbo irregular. § 8. Or. verb. penit. §. 8. Sayrus de  
sur. lib. 6. cap. 2. num. 22. Molina in inst. frat. 3. dist. 7. num. 1.  
et sentit Rota in una romana pensionis. 17. Iunij 1592. coram  
D. Molino, relata à Garcia cap. 3. num. 54.8. in fine. Ceterum  
quia ipsomet Garcia num. 136 cum Eman. Sa. verbo homicidio,  
num. 20. & Suarez de censur. disp. 44. sect. 4. num. 39. affirmat  
iram concilii congregationem declarasse *sopra* cap. 7. fol. 14. de  
reformas homicidam voluntarium (à fortiori queilibet illi  
regulari) non esse pensionis incapacem, tamet beneficij fa-  
de a causa sustineri potest refutatio pensionis irregulari facta.  
Quia in iis quæ ex iure politico pendent, nisi declarationibus  
standum est.

9 Quia difficultas, an religiosus incapax sit penitentia  
Quia in re certum esse debet religiosum incapacem esse penita-  
nis super beneficium seculari, nisi Romani Pontificis coaetus  
accedit. Quia beneficium secularis incapax est, capi, sive de  
beneficio de prebeatibus, in 6. ergo de penitentiis, super ipsum be-  
neficium; sic Zetola in tractatu Episcop. 1. particuli, unde bene-  
ficium statim in princ. vers. 7. Sancte lib. 7. in decal. cap. 29. num.  
94. Zeclius de beneficiis. Et penitentib. cap. 1. num. 7. Mandat.  
desinuatura gratia. ritul. de penitentib. vers. 7. milibus litrofo-  
lymptis. Neque obstat beneficium cutati secularis aliquando  
possit capacem esse penitentiam in ipso beneficio, quia de beneficio

curato prouideatur ob necessitatem Ecclesiæ ne fideles remediis ad salutem sicut destituti. Quæ necessitas in reservatione pensionis non procedit: sic notauit Sanchez *sapra*. Quipotest solam est difficultas de pensione imposta super beneficio regulaci, an inquam illius capax sit religiosus ex consensu sui superioris? Et viderut capacem esse; quia est capax beneficii: ergo & pensionis. Dicendum ergo est, ex parte religiosi capaci-  
tatem adesse, ut pensio sibi reseretur in beneficio regulati ob rationem dictam; quia illius est beneficii capax. At quia regularis superior potestatem non habet beneficis regulatis imponere pensionem, clement, amic, de supplenda negli, placit, & tradit ibi Bonifac. num. 2. & Archidiaco. cap. fin. num. 2. de officiis ordinariis. in 6. ea de causa non potest religiosus capax illius beneficii pensionis: sic expiessi Thom. Sanchez lib. 7. in decal. cap. 29. num. 95. sed numero 99. affir-  
mat pensionem impropriam, quæ non beneficium, sed ipsi be-  
neficiario est imposta; optimè posse ab Abbatore religioso concedi. Quid enim, vetat Abbatem beneficium regale conferre religioso, imponendo ei obligationem, ut alteri reli-  
giose, vel monasterio det patrem fructuum; siquidem ille reli-  
giose beneficium sub obedientia Abbatis manet, & ex eius  
causa voluntate fructus beneficii expendit, & cum Abbatii  
placuerit, porerit a beneficio administratione remoueri; tam-  
et Lefsi lib. 7. cap. 41. dub. 1. num. 94. videatur proba-  
bilis eo ipso, quod religiosi puteschus constitutor, consti-  
tuim administratorem ab Abbatore independentem tam beneficij,  
quam omnium illius fructuum; ac proinde neque impropriam  
pensionem ei concedi posse. Quod mihi non probatur, sicut  
quod Sanchez.

to Sexta difficultas est; an legitimus. & alias inhabilitas dispensatus ad beneficium, censeatur dispensatus ad pensionem? Negare videtur Gigas quaest. 18. & 19. Mandofus de-  
citat minori, quaest. 3. num. 2. Rebuff. sit. de dispensat. ad plura.  
num. 6. Momentus quia dispensatio est stricti juris, ut multis  
probamus rati. de legib. cap. ult. de translat. preslat. ubi concessa fa-  
ctis aliquantibus ad Ecclesiæ maiorem translat. non excedi-  
tum ad minorem Ecclesiæ, vel aequalem. Ergo dispensatio  
ad beneficium, tametsi maior sit, non exceditur ad pensionem.  
Hinc sententia limitat Gigas quaest. 18. in fine. & Rebuff.  
Ipsa quibus consentit Azot. 2. part. lib. 8. cap. 7. quaest. 6. ut  
non procedat in reservatione pensionis super beneficium, in quo  
sunt quis dispensatus; quia eo ipso censetur dispensatus ad  
quancunque pensionem in illo; eo quod pensio est pars bene-  
ficii, igitur totum beneficium tenere potest, potest & par-  
tem.

At mihi probabilis appareat, dispensatum absolutè, ad be-  
neficium, censi dispensatum ad pensionem. Quia per tal-  
em dispensationem collitur fundamentum inhabilitatis, nam  
inhabitatis ad pensionem fundabatur in inhabitabilitate ad benefi-  
cium: eo quod secundum stylum curiae inhabitatis ad benefi-  
cium, est inhabilitas ad pensionem. Ergo sublata per dispen-  
sationem inhabilitate ad beneficium, collitur inhabilitas ad  
pensionem ex conseqüencia: & ita tenet Azot. 2. part. insit.  
moralib. 8. cap. 7. quaest. 6. & 8. Garc. 1. part. de benef. cap. 5.  
num. 15. Gigas de pension. quaest. 19. concludit si esset iudex, se  
indicatur illegitimum dispensatum ad ordinem, & beneficiis;  
capacem esse Ecclesiastica pensionis. Conclusio intelligenda est  
de dispensatione ad beneficium absolutè: nam si dispensatio  
facta est ad unum tantum beneficium determinat, cum dis-  
pensatio finitur illo accepto, ut multis relatis probat Garcia  
cap. 5. num. 15. non potest pensionem obtinere. Imo credo,  
eo tale beneficium renancit, non posse ex vi prioris dispen-  
sationis pensionem in illo habere; quia pensio non est pars be-  
neficii, sed ius quoddam separatum a beneficio; ac proinde sub  
dispensatione concessa obtinendi illud beneficium, non potest  
comprehendi potestas obtinendi in illo pensionem: sic Garcia  
1. part. de benef. cap. 5. num. 16.

Si quid sit dispensationem ad beneficium absolutè con-  
ceperit Episcopus, potest dispensatus illa facta obtinere  
pensionem quancunque? Gigas quaest. 17. de pensionib. Quinta  
Duenas Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. num. 6. Zechus de pen-  
sionib. cap. 11. n. 9. Azot. 2. part. insit. moralib. 8. cap. 7. quaest. 6. in  
fine. & 8. docent sic dispensatum posse obtinere aliam pen-  
sionem præter eam, quam potest Episcopus imponere. Quia pro  
folia illa videretur dispensatio extendi. At mihi probabilis vide-  
tur, quancunque pensionem sic dispensatum obtinere posse;  
quia per dispensationem ad beneficium absolutè sublatum est  
fundamentum inhabilitatis ad pensionem. Hæc enim inhabili-  
tas pensionis nascitur ex inhabilitate ad beneficium. Ergo  
cessante hac inhabilitate quancunque cessat, cessat inhabili-  
tas ad pensionem. Neque obstat Episcopum non posse ex  
qualibet causa pensionem imponere, quomodoque dispensatus ad  
Ferd. de Castro sum. Mor. Pars II.

beneficium non censetur dispensare ad pensionem, quam ipsi  
imponere non potest; quia hæc est dispensatio indirecta, & con-  
sequens priorem dispensationem: sic videretur tenere Garcia  
benefic. 1. part. cap. 5. n. 159.

## S. IV.

Quæ sunt beneficia, in quibus pensiones constitui-  
posunt, & in qua quantitate.

1. Nunquam est censendum Pontifex grauare velle beneficia cu-  
rata centum ducatorum valorem non excedentia.
2. Beneficia simplicia valorem 24. ducatorum non excedentia  
non grauata Pontifex.
3. Quid dicendum de canoniciis non excedentibus 24. duca-  
torum valorem in fructibus, secus in distributionibus  
quotidianis, ex qua clausula censetur grauata.
4. Centum pro Reclere, & mille pro Episcopo non solum tem-  
pore gratia, sed semper remanere debent, ut probabilius  
defendo.
5. Si non remaneant centum pro Reclere, & mille pro Episcopo,  
an si nulla pensionis impositio, vel reducenda?
6. Si beneficiarius intendit ad onere solvendi se excusare, quia  
non remanent sibi centum libera, ipsi competit onus pro-  
bandi.

**N**eminis esse potest dubium, Pontificem posse de pleni-  
tudine sua potestatis in omnibus beneficiis curatis, siue  
non curatis siue magni valoris, siue exigui pensionem in ea  
quantitate, quæ sibi bene vila facit, imponere: quia liberam  
habet beneficiorum administrationem. At nunquam censendum  
est velle beneficia curata parochialia grauata, quorum valor  
centum ducatorum non excedat secundum verum annum  
valorem, neque ex parte copia, quorum valor non excedit summa  
ducatorum mille; quia ita caetur in Trident. sess. 24. exp.  
15. de reform. in fin. Hæc autem centum pro parocho, & mille  
pro Episcopo debeat manere libera ab omni onere, & obliga-  
tioni; quia in iustitiationem parocho, & Episcopi designantur.  
Alias, non parocho, & Episcopo remanent: sic Rota  
decet. 196. part. 1. diuers. lego in thesauro fori Ecclesiast. cap. 22.  
num. 13. & cap. 31. numero 26. Garcia 1. part. de benef. cap. 5.  
numero 376. vbi bene restatur sic declarat faciat concilij con-  
gregationem dicto cap. 1. Item debet esse ducatorum valor  
iuxta regionem in qua sit beneficium constitutum: sic restatur  
Barbola in remissione ad dict. cap. declaratis faciat concilij con-  
gregationem Idem docet Garcia *sapra* num. 374. Zechus de be-  
neficiis & pensionib. cap. 11. num. 6. His igitur centum pro parocho,  
& mille pro Episcopo libet remanentibus, in reliqua parte pen-  
sionibus grauari possunt.

2. Beneficia vero simplicia valorem 24. ducatorum non ex-  
cedentia non solet Pontifex pensione grauare, neque cano-  
nicatis & dignitatis centum non excedentes. Quia aquam  
est hanc tenorem summam pro alimentis beneficiarii relinquunt:  
sic Azot. 2. part. insit. moralib. 8. cap. 8. quaest. 7. fine. Excedentes  
vero hanc summam pro parte excessus grauata solet Pontifex.  
Azot. 2. q. 7.

3. Aliqua beneficia simplicia, ut canoniciatus, & dignitates  
valorem 24. ducatorum non excedunt, si spectent proprietatem  
corum fructus, & prouentus: at si spectent prouentus quotidiana-  
riam distributionem, que pro intercessione in choro  
iis beneficiis designata sunt, ad mille fece accudent: tuus  
ergo dubium est, an in iis beneficiis pensio imponi possit? Et  
videtur quod non. Quia hæc distributiones non sunt beneficii  
fructus, sed laboris stipendium & operis merces cap. 1. de  
clericis non residente, in 6. Econtra vero videmus canoniciatus Hispanie, quorum prouentus quotidiana distributionem  
constitutum, pensione grauari. Dicendum ergo est,  
upradicta beneficia non censi grauata ex clausula, quaque  
pensione imponit super redditus, fructus & prouentus beneficii:  
sic Alexand. Moneta 1. part. de distribut. quaest. 7. & quaest. 14.  
num. 22. Garcia pluribus decisimib. Rotæ comprobans, 1.  
part. de benef. cap. 5. num. 386. Azot. 2. part. insit. moralib.  
lib. 8. cap. 8. quaest. 17. Excipe, nisi ex subiecta materia, &  
curiae styllo aliud confundat, ut si in narratione dictum fuerit  
beneficii valorem 25. ducatorum non excedere in canonici-  
bus, & hoc non obstante imponit pensio centum, & amplius:  
absque dubio censenda tunc est imposta in distributionibus,  
ne dicamus concessionem esse vanam. & inutilem:  
sic Azot. & Garcia *sapra*. Ut autem tota dubitatio auctoratur  
quocies Pontificis intendit distributiones quotidianas grauare,  
id exprimit haec clausula aposta, etiam in sole distributionibus  
& non nisi presentibus. & diuinis officiis interessentibus  
dari, & per eos literari conseruatis: sic relato Mandoffo tradit. Azot.  
dict. cap. 8. quaest. 7.

4. Circa supradicta restant examinande aliquot difficultates. Prima, an si successu temporis minuantur illa centum  
pro Reclere, & mille pro Episcopo, quæ debent remanere  
libera pensione soluta, teneantur beneficiarius pensionem

Tract. XIII. De beneficiis Ecclesiasticis.

174

soluere integrum, si tempore referuationis, & gratia integra centum pro Rectori, & mille pro Episcopo remanebant: Affirmat Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 398. Moneut; quia gratia Ponificis non debet penderre à futuro eueniu, qui singulis annis variationem recipere potest, sed ex tempore data regulanda est. Ergo diminutio successu temporis contingens, non potest obstat referuationi pensionis factae. Quam doctrinam adeo extendit Garcia, ut affirmer non posse beneficiarii petere reductionem pensionis, si ex funeralibus, ingressu Ecclesie, aliquis emolumenit contingentibus congruum habeat, tamen haec congrua centum in Rectori, & mille in Episcopo non attingat.

Ceterum mihi probabilitas apparet, illa cennum pro Rectori, & mille pro Episcopo non solum tempore gratiae, & referuatione verificanda esse, sed etiam successu temporis firma remanere debet. Quia illa quantitas est assignata in testamentario Patrochi, & Episcopi, sed ad hunc effectum aquae necessaria est illa quantitas successu temporis, ac tempore gratiae. Ergo. Quia ratio probat illa centum, vel mille, quae deducta pensione remanere debent; non esse altera computanda successu temporis, quam computantur in principio, & cum in principio computantur ex fructibus eiusdem beneficij, successu temporis sic computari debent; si tradit Rota in vna Zamore, execut. decimatum 2. Maii 1591, coram E. Seraphino, ibi, clausula, quod remanenti centum pro Rectori, solita apponi in pensionibus, non solum est verificanda de tempore gratiae, sed etiam requiratur, ut continuo duret, ad hoc ut pensio sustinatur aliquoquin ex pensione venit supendum, quod Rectori deficiente pensio saltem pro illa parte non subsistit.

Ad fundamentum Garcie respondeo, gratiam Pontificis, quod praefitem valorem, non pendere à futuro eueniu, sed à praesenti conditione, cum de praesenti constare possit, remanente centum pro Rectori, & mille pro Episcopo. At quod eius durationem, & confutationem pender illa gratia ex futuro eueniu, quia ameliorat dicta conditione, ut remanente centum pro Rectori, & mille pro Episcopo. Quia conditione deficiente pensio saltem pro illa parte non subsistit.

Secunda difficultas est, reuelatio pensionis nulla sit, si ea deducta non remanent pro Rectori centum, & mille pro Episcopo, an potius reducenda sit? Quia in re distinctione virtut. Garc. 1. p. de benef. cap. 5. num. 42. & dicit si pensio imposta sit, ad voluntatem, & consentem resignamus beneficium, referuationem pensionis nullam esse, si ea deducta non maneat centum pro Rectori, & mille pro Episcopo, quia resurgens non aliter, neque alio modo resignat, nisi sub obligatione pensionis integrè soluenda. At pensio integrè solui non potest centum pro Rectori, & mille pro Episcopo remanentibus. Ergo & resignatio, quae ab ipsa pendet. At si pensionis referatu non ad voluntatem resignans, sed ob alias causam facta sit, neque potest integrè solui, remanentibus centum pro Rectori, reducenda est ad quantitatem, qua possit solui illis centum remanentibus; quia præsumendum est Pontificem velle collationem beneficij firmam manere, & solum tam pensionem concedere; quam de iure beneficium capere potest. Quod si maiorem exprimit, ex ignorantia processit, & sub ea minor intelligenda est. Et quoad hanc secundam partem approbo tentationem Garcie pluribus decisioribus Rota confirmata. Prima pars mihi difficultas est, ex illa enim sequitur solutionem pensionis integrè faciendam esse, quamvis successus temporis, nec centum, nec congrua remanent titularis, quia non alia, neque alio modo resignationem facit, nisi sub obligatione pensionis integrè solvenda. At durum videtur, titularem obligari esse beneficio inservire absque stipendo iusto sibi à iure assignato. Ergo non est dicendum pensionem esse integrè soluendam. Quapropter ego censem, sic resignante beneficium, & pensionem ultra id, quod capere potest expostulante, velle collatum facere inutiliter & vanum, & consequenter cedendum est velle, ut resignatio remanente ea, quae à iure conceduntur, scilicet centum Rectori, & Episcopi mille, alia habent voluntatem inquam, & iuri contrarium, quod non est præsumendum. Ex quo si tacite velle, ut pensio ad minorem quantitatem, & iuri proportionata reducatur. Si enim actus non valeret, ut sit, valeat eo modo quo valere potest. Ad sibi debere imputari pensionis diminutio, si quidem illam impoluit ultra vires beneficij resignari. Vnum tamen mihi videatur certum, eas quae à principio resignatione beneficij, & constituta pensio effectum habent, & successu temporis non possit integrè solui pensio remanentibus centum pro Rectori, pensionem esse reducendam. Nam cum in hoc casu unus ex duobus pati debet in proprio iure diminutionem, vel beneficiarius, vel pensionarius, & quum est, ut potius pensionarius, quam beneficiarius patiatur. Quia fructus beneficij, ex quibus pensio soluenda est, beneficiario sunt potiori iure adjudicati, quam pensionario.

Tertia difficultas est, si beneficiarius non vult pensionem soluere, quia illa soluta non remanent sibi centum libera, cui competit, onus probandi beneficiariu à solutione pensionis non se posse excusat? Omissis variis placitis, dicendum ex-

simo, penes beneficiarium esse onus probandi supradicta certum non remanere, ut sic à solutione pensionis se excuse posse. Et quidem quando beneficiarius est successor illius, qui pensione contentis, & soluit, & à solutione pensionis se excusat paretur, mihi certum videatur. Tam quia consilat de eius obligatione ratione beneficii grauati accepti. Ergo prætendens se excimere ab hac obligatione ostendere debet causam exemptionis. Tum quis habens pro legem, habet intentionem fundatam, sed pensionatus habet, pro se legem, ut ipsi pensio soluat. Ergo ipsi compare non potest onus probandi sibi soluendam esse. Tum & pacipue, qui pensionarius est quasi in possessione ex gendi integrè pensionem ex fructibus beneficij; & eo quod ab antecellio in beneficio illam exigeret, & receperit. Ergo, ut detubetur ab hac quasi possessione, causam ostendere debet qui censuit, ut ratione probant id est dicendum in beneficiario, qui pensione contentis, & soluit, qui si prætendit se à solutione excusat, probare debet excusationem. Quia ratione solutionis pensionarius in quasi possessione, habet pro se legem, & intentionem fundatam. Addit in his casibus agi non potest ad nullitatem pensionis, sed ad illius reductionem, vel extincionem: si quidem pro valore stat lex, & possessio. Sed quiescitur ad reductionem vel extincionem pensionis, & probare debet qui agit, & reductionem prætendit, ut tradit Rota in vna Selmanica pensionis, 26. Maii 1593. relata à Garcia 1. part. 2. 5. num. 424. vers. 4. est causa.

Quocirca solum restat dubium, quando beneficiarius qui pensione contentis, nondum illam soluit, an tunc ipse probet, ut non esse locum pensioni, vel potius pensionario competat onus probandi locum esse pensioni, & quoniam ipse probet, non teneatur beneficiarius pensionem soluere. Rota in fund. Salmantica calu 2. & 3. apud Farinac, 1. 1. noviss. dec. 144. n. 5. dicit penes pensionarium: sicut hoc onus. Tum quia beneficiarius habet suam intentionem fundatam, ne beneficii sibi collata grauenter pluquaque patet. Tum quia pensionario concedens pensio, dummodo beneficium illam sustinere possit. Ergo quoniamque probet beneficium illam sustinere possit, ei non debet quia dispositio conditionalis non habet effectum, nisi publica conditione. Neque obstat beneficiarius in pensione contentis, quia semper contentur consentire sub conditione, quod beneficium illam capere possit.

Nihilominus adhuc in hoc casu mihi probabilitas apparet, penes beneficiarium esse onus probandi beneficium capere non posse pensionem, alias excusat non poterit ab illius solutione, Moneut, quia Pontificis pensionem beneficium imponens, & beneficiarius ei consentiens præsumuntur actum facere iuri conformem. Ergo præsumuntur tam pensionem imponere, quam beneficium attenta iuri dispensatione capere possit. Ergo prioritate pensionis fiat presumptione. Ergo qui illam impugnat non luetur probare debet. Neque obstat concedi pensionem, sed conditione, quod beneficium illam sustinet per se, ut dicamus pensionarium obligatum esse probare illam beneficium possit sufficiere; qui co ipso, quo beneficiarius contentis, & ex eius voluntate littera fuerint expedite, probatum habet pensionem beneficium illam sustinere possit, ne dicamus, a Pontifice actionem vanum & inutilem fieri. Non enim illa conditio, dummodo remanente pro Rectori, & pensionario collationem pensionis, quoniam probetur a pensionario. Alius nullus pensionarius exigere possit pensionem, quoniamque probat beneficium illam sustinere possit, quod est contra communem stylum, & praxim, que a puncto collationis supponit beneficium illam posse sustinere, præcisus accidente beneficiarii consenti.

S. V.

De forma imponendi pensionem in beneficio.

1. De coniuncto beneficiarii pensio imponenda est.
2. Vacante beneficio constitutus est defensor beneficii, quia unius beneficiarii pensione contentiat.
3. Requiruntur patroni confessus.
4. An in imperatione pensionis sit facienda mentio de beneficiis obtentis. Quid sentiat Garcia.
5. Resoluuntur non esse necessario faciendam mentitionem de iuris obiectis, bene iuxta de pensionibus.
6. Si beneficium resignatio imponens pensionem credens libet esse, invalida est pensio impositio.
7. Quantitas pensionis non videatur necessario exprimendu- ce pro celo quo in beneficio pensione grauata vellet utrum pensionem imponere.
8. Situs in ista clausula, ut pensio soluatur habita, vel non habita beneficii possessione?

Ex solutione aliquarum difficultatum constabit, quae- quiruntur pro forma in pensionis impositione.

Primo dubitatur de contentu beneficiarii, & hic requiratur pro forma? Respondeo requiri, esseque invalidam pensionem, quoniam de beneficiarii confessu non constat. Quia non preambu-

et Pontifex velle pensionem imponere, altera quanta ipse praescribit imponendam. Est autem a Pontifice praescripsum, ut nulla pensione imponatur, nisi de consensu illius beneficiarii, qui pensionem solvere debet, qui si fuerit in curia personaliter, praestet consensum, & solvit iuramentum; sin minus per procuratorem ad id specialiter constitutum, ut haberet in reg. 4. artis 43. Cancell. Ergo abique huiusmodi consensus, vel illius expressa detegatione nulla est pensionis impositio. Ergo consensus beneficiari habetur pro forma sic Azot. 1. p. init. moral. lib. 8. cap. 3. quas. 6.

Hinc fit, Episcopum, & legatum in his casibus, in quibus pensionem imponere possunt, nequamquam eis imponere abique consensu illius, qui solvere eas debet, qui non valent superdicto iuri Pontificis derogare: & tradit Gigas de pension. q. 10. Art. loco allegat. Cascial. quas. 5. Gare. de benefic. i. p. cap. 5. num. 320.

4. Dubium tamen est: an si vacari beneficio imponatur probatio, constituyens esse defensor alius beneficii, qui in pensionem loco beneficiarii consentire? Negat Garcia supradicto in pensione Ecclesiastica, & admittit in profana. Moratuque signatae beneficii defensione est requisitum pro alienatione regni Ecclesie, at referentia pensionis Ecclesiastica, non est alienatio; et tamen referentia pensionis profanae; Ergo solam pro referentia pensionis profanae constituentem est defensor. Verum nihil probabilem apparet constituentem esse defensionem beneficii, qui loco beneficiarii consentiar pensionem. Tum quia pension esto non sit proprie alienatio, est tamen quia alienatio, cuiusque iuramentum. Tum & praecepit, quia aliquis est obligatus ad pensionis solutionem, qui non potest esse alius, nisi qui fuerit beneficii defensor, & fructuum custos. Ergo ex illius consensu pensione imponenda est, iuxta supradictum, Cancillar. Tum denique quia supradicta regula absoluere habet, ut abique consensu illius qui solvere debet pensionem nullatenus littere pensionis expediantur. Ergo supponit, tempore debet adefic aliquem obligatum pensionem loce, & ex illius consensu litteras expedire. Neque regula distingue, an pensione imponatur in beneficio vacante, vel non vacante.

3. Secunda difficultas est de consensu patroni; an requisitus sit pro forma? Cui difficultati §. 2. satisficiunt, affirmantiam patrem sequentes.

4. Tertia difficultas est: an in impetracione pensionis Ecclesiastica si necessario facienda mentio de obtentis beneficiis, vel profonibus? Garcia 1. p. de benefic. cap. 5. a. num. 83. distinguunt inter pensionem ex causa iurativa, vel ex causa oneraria: & affirmat ad imperandam pensionem ex causa iurativa, qualis est omnis illa que conceditur extra causam resignationis, quaque datur eo titulo ut commodius quis sustentari valeat, esse necessario faciendam mentionem de obtentis, secus vero in impetracione pensionis ex causa oneraria sicut ex causa resignationis. Priorum partem probat. Tum quia pension ex causa iurativa loco beneficii succedit, sed ad imperandum beneficium est mentio facienda de obtentis, ergo ad imperandam pensionem. Tum quia stylus curiae est hanc esse mentionem faciendam. Secundam partem probat quia pension data ex causa resignationis non obligatorie datur pensionario, sed ex causa immunitate dispensum patiatur in resignatione, ac proinde in illius impetracione non videatur mentio necessario facienda de aliis beneficiis obtentis, quia loco beneficii habuit, & quod habere potest succedit. Verum si pensionem impetrat in resignatione beneficii, quod nullatenus recipere potest; eo quod ad alium incompatible electus sis, in talis pensionis impetracione necessaria feste debet mentionem de beneficio resignato, & de iure ad beneficium quod habet, ut sic confert resignationis illam non esse oneraria, sed iurativa; si quidem obligatus est beneficium demittit obtemperio incompatibili; sic Garcia supra.

5. Cuicunq; aliter credere distingendum. Existimat enim in nulli pensionis impetracione esse necessario faciendam mentionem de beneficiis obtentis, bene tamen de aliis beneficiis pensionibus. Quod non sit necessario facienda mentio de beneficiis obtentis, aut iure ad illa, mhi persuadet, quia nullus textus hanc mentioem expulsa: solum enim in impetracione beneficii cauetur, mentionem esse faciendam cuiuslibet beneficii obtentis cap. ad suadendum, el. 2. cap. in nostra. cap. 10. foliis. da referentia. Sed sub beneficio non comprehenditur pensionis ex iure que sunt oneraria, & penalis. Ergo in impetracione pensionis non est facienda mentio de beneficiis. Et confirmo a limpi. Plures, grauiusque doctores sentent in impetracione beneficii non esse opus facere mentionem de pensione, prout videtur in Gozalez gloss. §. 5 a. n. 16. Garcia de benefic. i. p. c. 5. num. 73. Azot. 1. p. lib. 6. cap. 33. quas. 8. & lib. 8. cap. 22. qu. 14. Ergo nequa in impetracione pensionis esse mentio facienda de beneficio. Adde, supradicta distinctio de pensione ex causa iurativa, & oneraria, ut pro impetracione pensionis iurativa sit mentio facienda obtentorum beneficiorum, secus pro impetracione pensionis oneraria, nullum in iure habet fundatum. Ergo non est admittenda. Et quod dicuntur de stylo curiae non

satis constat: imo contrarium ex ipsis literis pensionis colligitur cum sepe in favorem plurium, qui beneficiis gaudent expediuntur, quia in ipsis illa mentio beneficiorum reperiatur, quae si necessario facienda esset, ibi exprimerentur.

Quod autem in impetracione pensionis fieri mentio debeat alterius pensionis obtentia, si eam pensionarius habet, restatur Azot. 2. p. in fin. mor. lib. 8. cap. 9. quas. 3. esse communem lenientiam, adducatur Gigantem de pension. quest. 29. Casial. decr. 3. de pension. Gambatum de offic. leg. lib. 6. num. 216. Mandof. designatur. grat. & iniit. de pension. vers. supp. summis. & reg. 33. q. 6. a. n. 7. Gare. 3. p. de benefic. cap. 5. num. 561. Fili. Part. lib. 6. de resign. q. 2. a. n. 40. Probantque supradicti doctores efficaci satisfactione. Quia non presumunt Pontifex velle duplii onere Ecclesiam grauata, cap. mandatum e. litteris de refrip. & c. duobus. codem it. an. 6. Quod à fortiori militat, si pensionem obtinetas in beneficio alia pensione grauata, sive grauatum sic in tali favorem, sive in favorem alterius, semper enim est facienda mentio antiquae pensionis validae, ne beneficium ultra vires graveretur, sic Rota in via Cremonen. p. 23. Martij 1615 apud Fatin. in nouis. decr. 666.

6. Sed quid si beneficii resignatio imponas pensionem, credens bona fide liberum esse, cum eam grauatum sit alia pensione, extrinsecus secunda pensionis resumptione valida? Affirmant aliqui, si virtusque pensionis beneficium capax sit. At mihi probabilius videtur pensionis resumptionem inuidam esse, quia si sciret Pontifex beneficium illud pensione grauatum esse, forte non consentiret pensioni denuo impositae, praesupponit in tanta quantitate, vel saltem difficillime consentiret. Ergo praefundim est ex errore praeberere consensum, ac prouide esse nullam; sic Gambatus de offic. leg. lib. 6. dictio num. 126. Neque reprobatur Azotus supra quas. 3.

7. Tercius inquit: an cum de pensione est facienda mentionio debetas eius valorem exprimere? Affirmat Garcia 1. part. de benefic. cap. 5. num. 101. Movetur; quia in reg. cancellar. de exprimendo valorem beneficiorum dicitur exprimendum esse valorem aliorum quorunque beneficiorum. Sed sub dictione generali cuiuscunq; beneficii pensione intelligatur, ut mulier allegatis docet Sanchez lib. 2. in decr. cap. 28. num. 36. Mandof. reg. 33. q. 6. num. 2. 3. & 9. Gambatus lib. 6. a. num. 350. Rebuff. de pacific. posse. num. 132. alias 114. Item quia eadem ratio videtur esse de pensione ac de beneficio, cum loco beneficii succedit. Nihilominus, probabilius existimo, non esse opus quantitatem exprimere pensionis casu quo in beneficio pensione grauato nouam pensionem velles constitutire: sic Gigas de pension. q. 57. concl. 6. Rota in via Abulon. beneficij de Mobeltran. 50. O'Obbris 1595. quam refert Garcia. 1. p. de benefic. cap. 5. num. 199. Movetur, qui supradicta regula cancellaria ex parte loquuntur de impetracione beneficiorum, ergo non est extendenda ad pensionis impetracionem. Tum quia illa regula exorbitat à iure communis, ex vi cuius non est exprimendum beneficium valor, ut multis alegatis docet Menoch. de arb. lib. 2. casu 201. num. 78. Ergo non est extendenda, sed potius limitanda. Tum quia si regula illa extendere ut ad pensionem, in cuiuscunq; impetracione efficeretur mensura facienda de pensione, & eius valore; si cuius facienda est in impetracione cuiuscurque beneficij; sed supra constitutum est, & tenet Garcia in impetracione pensionis onerariae non esse necessaria facienda mentionem de obtentis. Ergo sicutum est supradictam regulam non extendi ad pensiones. Neque obstat hanc dictio quorunque beneficiorum aliquando, venire pensiones, quia hoc est in materia favoribilis; non odio, & casu quo aliunde non limitetur, ut in presenti limitetur in dictio aliorum, quae similia replicat non dissimilia, & inpropria, quae sunt pensiones comparatione beneficiorum, ex leg. si fugitiuii, iure gloria finib; communiter approbat. Codex de servis fugitiivis. & tradit Gigas supra. Dixi excepto casu, quo in beneficio pensione grauato velles novam pensionem constitutre, quia tunc valor pensionis est exprimendum, ne contingat beneficium ultra vires grauari.

8. Quarta difficultas est: siue iulta illa clausula in reservatione pensionis apponit solita, scilicet ut pensione solvatur habita vel non habita beneficii possessione;

Videatur non esse iulta; quia pension est ius ad fructus ex beneficio percipiendo, sed beneficium, cuius quis possessionem non habet, non habet fructus. Ergo non potest esse in illo pensione. Et confirmo. Si obligaris solvete aliquas menturas triniti colligendas ex aliquo praedicto, dum abque tua culpa nullum ex tali prelio fructum colligis, non tenes ex leg. si debitor, si de cetera bona em. vs. sed beneficiarius obligatur ex fructibus beneficii pensionem solvare. Ergo dum abque tua culpa nullum fructum colligit, pensionem solvere non tenet. Ergo, item si beneficiarius obligatur solvete pensionem, quia possessionem appetebat, obligatus solvete pensionem ob solum beneficium titulum. Ego talis obligatio lapi speciem simonis.

Nihilominus dicendum est illam clausulam licitam esse: sic defendit Nauat 1. t. confitit de prabendo. conf. 51. num. 4. Azot. 2. p. in fin. moral. lib. 8. cap. 6. quas. 1. Ratio est quia esto pensione in beneficio fructibus reteretur, obligationem tamen fulcere potes illam solvendi; tamen si nullus fructus percipias, sufficit.

sufficit quod habeat ius illos percipiendi, sicut potes obligari soluere pensionem illis annis, in quibus nullus fructus colligeres: quia cum haec obligatio sponte suscepit sit, non debet tibi durum, & difficile esse ei satisfacere. Hinc soluit ratio dubitandi. Ad confirmationem dico obligatum soluere mensuras triuicolligendas ex praedio, excusat ex obligatione, dum nihil collegit: at non excusat, si obligatus efficit soluere, sive eas collegerit, sive non: si in pensione dicendum est te non esse obligatum soluere absolute in illis fructibus ex beneficio perceptis, quando per te non stat, quominus illos percipias; excepte nisi liberetur te ad id voluntatis obligate. Ad secundam confirmationem nego esse simoniam, cum ex consensu Pontificis haec obligatio iustificatur.

## S. VI.

De obligatione beneficiarii soluendi pensionem,  
& potestate pensionarii illam  
exigendi

1. Beneficiarius obligatus est sub gravi culpa pensionem soluere.
2. Beneficio vacante tenetur Ecclesia fructus percipiens pensionem soluere.
3. An succedens in beneficio pensione grauata tenetur soluere pensionem decursans tempore antecessoris? Propositor dubitanus est ratio.
4. Resoluimus prius conuenienter esse heredem beneficiarii postea successorem in beneficio.
5. Si fructus diminuantur notabiliter, an soluenda integrè peso sit?
6. Teneris pensionem soluere tuis prebendas impositam, si prebendas dimittis. Et nouam obimes.
7. Si beneficio vacante imposta sit peso ad tui favorem quod beneficium suis Petro concessum, & ob eius inhabilitatem non habuit effectum. Et tandem Iohanni acquisitum est, tenetur Iohannes tibi pensionem soluere.
8. In loco beneficii pensio soluenda est.
9. Possitne exigiri pensio ante litterarum expeditionem.
10. Quid dicendum in illa questione, an pensio imposta beneficio à Triso possessor quo Triso durante litteras non expedita, possit decusam pensionem à Caio, cui est beneficium concessum, exigere. Negative responderemus.
11. Si à Caio beneficiario pensionem trium annorum sequentiarum anticipatis solutionibus recuperatur, & pensionem transuleris in Titium, possitne Titus à Caio beneficiario pensionis solutionem exigere? Prohibitius est posse.
12. Pensionarius agere potest hypothecaria actione aduersus quemque pessorum frudendum beneficij grauati.
13. Possitne pensionarius aduersus beneficiarium negantem pensionem agere iudicium de spolio, seu possesso.
14. Quid de possessione debita alicui ecclesia, & soluta tuo antecessori, an inquam possit agere iudicium possessorio ut tibi soluatur.
15. Agens iudicium possessorio obligatus est ostendere titulum, & reparationem. Et apponiur quadam limitatio.
16. In exigenda pensione quem modum pensionarius servare debet.

**N**on est dubium obligatum esse sub gravi culpa beneficiarium, in cuius beneficio pensio est imposta, et soluere. Tum quia pensio est portio extracta à beneficio pensionario applicata. Tum quia in litteris pensionis sub grauissima pena excommunicationis ipso facto incurruunt, priuationis beneficij precipit eius soluere. Quod non solum verum est de beneficiario primo consentiente pensioni, sed de quoconque illius successore, quia pensio est onus realis fructibus beneficij annexum, ac proinde accipiens beneficium pensione grauata, obligatur illud omnes sustinere: sic Gigas de pension. quest. 43. Azor. 2. p. infit. mor. lib. 8. c. 8. q. 13. Garcia 1. p. de benef. cap. 5. n. 178. & 190.

2. Hinc sit, beneficio vacante teneri ecclesiam percipientem fructus pensionem soluere per rationem dictam: quia est onus realis fructibus beneficij annuum, & tradit Gigas de pensionib. quest. 6. 1. Gutiérrez canon. quest. cap. 1. num. 116 & 123. Garcia 1. p. cap. 5. num. 188. Azor. 2. p. infit. mor. lib. 8. c. 12. quest. 10. Quocirca, si diuinitur sibi vacatione, dandus est econsumans, qui conuenit possit à pensionatio, quique pensionem soluere debet: sic Gigas, Gutiérrez & Azor. supra. Item sequitur beneficio pensio soluenda est à sequentio: sic Gate. num. 176. cum Gigante. quest. 72. Secundo sit decimo illius gratias questionis: an pensio constituta in canonicea consistente in distributionibus quotidianis, quae intercessibus conceduntur soluenda sit à capitulo tempore vacationis? Et dicendum est soluendam esse, prout latius dixi tract. de horis canoniceis. disp. 20.

3. Dubium tamen est primo an succedens in beneficio pensione grauata tenetur soluere pensionem decusam tempore

antecessoris insolubam? Ratio dubitandi est: quia successor in beneficio nullos fructus percipit illius temporis, neque habet beneficium ab antecessore, sed à Pontifice, cui ergo obligatus est pensionem soluere? Pensio enim fructibus percipit illo tempore erat annexa: eaque de causa beneficiarius, illos percipientem conuenit poterat. Ergo non successor in beneficio, & in a. n. 441.

4. Ceterum in hac re dicendum primo est, si beneficiarius vel eius heres conuenit possunt pro pensionis decursu soluere esse conueniendos, antequam successor in beneficio conuenientur. Quia ipsi sunt directe obligati, maximè si fructus aliquos beneficij retinunt: qui tunc hypothecaria actione conueniuntur possunt. Neque sequitur est ante horum excusione ad successorem decurrente qui nullos fructus beneficij percipit, & solum videat obligatus ad solutionem in subiectum: sic pluribus decisionibus Rotar. comp. obat Gate. 1. p. de benef. c. 5. n. 129. esto plures doctores relativi ab codicem num. 191. dicitur in liberum esse pensionario contra heredem, vel successorem beneficij procedere, & satius esse contra successorem agere, quia aduentus ipsum executive procedere potest; cum tamen aduersus heredem non possit, nisi via ordinaria.

5. Secundo dico facta excusione beneficiarii, vel heredes possunt pensionatum pro solutione pensionis ad successorem beneficij recurrere. Tum quia non est sequitur priuari pensionem iure sibi debito. Tum quia successor in beneficio suscipit onus beneficij annexum, & consequenter suscipit obligacionem pensionis soluendam. Neque valet dicere pensionem esse onus beneficij non vacante, sed pro illis fructibus, qui tempore decursum pensionis fuerant percepti, quia pensio non ancedit determinatè his vel illis fructibus, sed quibusque fructibus beneficij, dum non est soluta. Quod constat in beneficio consumente uno anno fructus beneficij integrum, & pensionem non soluente, quia ex fructibus aliorum annorum solute debet, quique fructus loco fructum illius anni subrogantur. Se in praesenti dicendum est, fructus beneficij collectos tempore antecessoris obligatos esse pensionis solutionem: at quia non existunt, subrogantur in eorum loco fructus reliquorum annorum ex eodem beneficio percepti: sic Gigas de pension. quest. 39. Azor. 2. p. infit. mor. lib. 8. c. 8. q. 14. Gate. 1. p. de benef. c. 5. n. 191. & seqq. qua omnia optime confirmantur decr. 352. in nouis apud Farinaz.

5. Secundo dubitabis, an si nullos fructus, vel non nisi discontinuus collegitis calu aliquo fortuito, bello scilicet, inundatione aquarum, aut sterilitate agrotum tenaces pensionem soluere, vel possit illam diminutare pro diminutione fructus, vel insolubam reliquias? Azor. 2. p. infit. mor. lib. 8. c. 13. q. 3. cum Gigate 9. 62. n. 10. de pensionib. negotiis te posse negare pensionem, vel illam diminuire: quia pensio non est annexa determinatè fructibus beneficij cuiuslibet anni, alia, neque successor beneficij obligabitur soluere pensiones decursum tempore antecessoris, neque beneficiarius, qui iuxta constitutinam aliquorum ecclesiarum nullos fructus percipit primo anno, tenetur pensionem soluere, quod est contra communem stylum. Ergo quod uno, vel altero anno fructus non colligantur, non te excusat potest à solutione, si reliquias annis colligitis sufficiunt fructus. Ad illa multiplicatis fructibus non agetur pensio, ergo ne ipsa diminutus debet diminui.

Dicendum tamen est: si fructus non sint ita diminuti, quin in beneficio parochiali tibi remaneant certum soluta pendere & in aliis beneficis quantitas, quia iuxta litteras Pontificis remaneat debet, te excusari non posse à solutione pensionis: quia illa diminutio non obstat pensionis impositioni. At si fructus ita diminuantur, ut nulli, vel in quantitate minori quam ex iure debetur, remaneant soluta pensione, credo te posse diminuere pensionem pro quantitate ribi debita diminuta, vel insolubam relinquere. Tum quia sub illa conditione constituta centetur pensio. Tum quia annus pensio est onus realis anterioribus annis, & perente principaliter, perire debet acessionum in quo fundatur. Secus vero est, cum fructus coliguntur, rite inquam ecclesia manet obligata ad solutionem pensionis, cui obligationi beneficiarius si fructus consumens, non iustificatur, successor in beneficio (atisfacere) teneatur.

Credito tamen auctoritate ordinarii hanc diminutionem pensionis, vel illius negationem fieri debere, & non auctoritate propria: quia non est ita certum & apud doctores concordat collectione fructuum aliorum annorum non computari hucus anno diminutionem, & consequenter non est certum beneficiorum excusatione esse à solutione integra pensionis. Ergo in eau debito non debet propria auctoritate duci, & pensionem iure certo acquisito priuare.

6. Tertio dubitabis temporis soluere pensionem rite praebenda impositam, si illam dimittis, & nouam obimes, ut contingat in pluribus ecclesiis, in quibus datur optio praebende pensionis? Cui dubitatione optimè respondeat Gigas de pensionib. q. 9. 3. n. 3. & 4. & ex illo Azor. 2. p. infit. mor. lib. 8. c. 13. q. 4. ubi haec distinctione, si praebenda talis Ecclesie distincte sunt? co quod quilibet suos fructus, & prouectus proprios, & determinatos habeat

habet, neque cum aliis communiceat, dimissa præbenda onerata, & obitum obiciens, à pensionis solutioñe excusat. At si præbenda non solum distincta, neque distinctos habent fructus, sed fructibus collectis à capitulo sit diuisio singulis præbendatis sum portionem affigans maiorem, vel minorem iuxta præbendarum quantitatem, tunc non censuris excusat à solutioñe pensionis, quia penitus imposta est super fructus à te percepitos.

7. Quod dubitabilis, si beneficio vacanti imposta fuit pensionis ob tuu fauorem, & Petro beneficium concessum fuit, cuius concessio ob eius inhabilitatem non habuit eff. Quidam, sed loanes beneficii tanquam vacans per obitum impetravit, teneantur ex loanes tibi soluere pensionem; Videatur non tenerius quia non consentit pensionis, & consensu antecessori illi noce-  
re non potest, vi potest ab inhabili præstari. Nihilominus dicendum est esse obligatum loanem soluere tibi pensionem, ac si beneficium non fuerit Petro collatum, & ipse legitimum con-  
sentit. Quia hoc pensionis referatio non dependet ex valo-  
re colacionis, sed ex voluntate Pontificis intendenti, tibi  
pensionem concedere illud beneficium à quocumque posside-  
tur, sic tradit Gonzalez de regul. mens. gloss. §. 8. n. 9. 60. Garec. de-  
benti. 1. p. cap. 5. n. 13.

8. Quod dubitabilis quo in loco beneficiarii soluere pensionem debet; R. respondendo debere soluere in loco beneficii, nisi aliud in referentia pensionis expressum sit. Quia si onus be-  
neficij, & illius fructuum annuum: sic Gambara de officio legat.  
lib. 8. c. 7. 6. 1. Gravá discept. forens. cap. 94. à n. 60. Garec. pluribus  
decimis comprobans, 1. p. c. 5. a. n. 23. Quocirca si pensionis  
aut eius procurator, non est in loco solutionis definitio,  
debet pensionem non est in morte, debet tamen facere pro-  
claimare, ut si confite non repentin ibi pensionarium neque eius  
procuratorem, est in forma camera fuit obligatus & cum clau-  
diis, sine retardatione, debet facere depositum; alias non satis-  
fici: sic Garec. sup. n. 23. 4. & 23. 5.

9. Quod potestem exigi pensionem, quam pensionis habet, occurrit dubitatio, posse ne pensionarius can-  
dere ante litteras expeditas? Cui dubitationi respondent do-  
doles alligandi in formu concionis posse exigi & solu durante  
primo semestri, quia gratia pensionis finita est, verba tantum  
concessi tametsi litterae non expediuntur. sic Gigas de pensionib.  
q. 14. num. 6. fine. & leg. Ludovic. Gomez reg. de non iudicando  
iusta domini uerba. q. 14. vob. breviter Mando. reg. 2. 7. cancell.  
q. 7. n. 4. Rebuff. d. pacif. professor. q. 137. ccl. 21. & pax. benef. in  
pensione. q. 1. p. n. 11. Th. Sanch. lib. 8. de mar. ap. 29. num. 5.  
Dixi durante primo semestri; nam illi tracto non licet pen-  
sionem recipi, nec solu litteris non expeditis. Quia Pius V. id  
lib. excommunicatione referetur prohibuit, ut reliato Cord.  
sum. q. 166. Man. 2. 1. sum. 2. 1. n. 9. Vega 2. 1. sum. 6. 5. in vle. casu  
doct. Sanch. supra. Ergo vero existimne neque etiam primo le-  
meti exigi, neque lo p. pensionem posse ob claudiat, que  
in applicatione pensionum apponi mandatur a tempore Greg.  
XII. in feliciter vigore litterarum desuper expeditiarum &c. nec  
alias persolunda. Quia clausula apponitur tum in favorem par-  
tis, Tum & principue, ne defraudentur officiales cancellariae.  
Tempore vero p. xvi. id mandatum erat sub pena nullitatis  
pensionis, ut testatur Salustius Tiber. in p. adiutor. camera.  
lib. 3. 4. Clemens autem VIII. addit., ut infra nouem  
mensis proximos expediantur litteras alias praecias referentio nulla-  
si. Ex quibus manifeste constat neque pensionem exigi, neque  
solu litteris non expeditis, & obligationem, sive expe-  
diendi litteras ista nouem mensis à die supplicationis, alias  
nisi referentio, sic Garec. 4. part. de benef. cap. 2. num.  
44.

10. Hinc sit decisio illius questionis, an si tibi reservata fuit  
pensione beneficio, quod Titius possidebat, neque litteras  
expedire easlii duobus annis sequentibus, quo tempore Titius  
mortuus est, & beneficium Caio fuit concessum, & tu litteras  
expediti, an inquam tunc à Caio exige posse pensionem de-  
cussa tempore Titii. Affirmat Gigas q. 40. quem te equitum Azor.  
lib. 8. c. 1. q. 10. quia à puncta concessionis est gravatum illud  
beneficium, & cum Caio illud accipiat, cum illo onere excepere debet. Ceterum tenendum est nullo modo posse pen-  
sionem illorum annorum decursum exigeere à Caio. Quia neque  
à Titio eam pensionem exigeere poterat sub excommunicacionis  
pena iuxta predictam bullam Pij V. ergo seque à successore.  
Neque obstat gratiā esse validam, si illa vti impeditur. Adde  
gratiā esse factam nullam ipso iure, si quidem infra nouem  
mensis à die supplicationis litteras non expediti ob clausulam  
a tempore Clem. VIII. appon solitam.

11. Restane camen aliquor difficultates examinandæ. Prima,  
an si à Caio beneficiario anticipata solutionis pensionem  
cum sequentiam annorum recipere, & pensionem in Titium  
transfusa ex potestate Pontificia, quam habes transcedendi,  
posse de Titius à Caio beneficiario pensionis solutionem exigeere?  
Negat videtur Gigas q. 88. n. 5. Moveret quia tu nullum  
alium ius transfusisti in Titium, nisi quod possideas: subrogatur  
cum loco tuu? at tu ob anticipatas solutiones potestate carebas  
exigendi pensionem à beneficiario illis annis sequentibus. Ergo

Titius hac carere debet potestate: subrogatus enim naturam, &  
conditionem fortitudis eius in cuius locum subrogatur, leg. filia  
sua. §. Titius. ff. de condition. & demonst. §. fuerat. in iuri de actionib.  
& alius exhortat Gonzal. gloss. 5. §. 9. n. 95. Item beneficiarius solu-  
tione pensionis anticipata liberatus est ab obligatione soluen-  
di, ergo ob nouum pensionarium illam contrahere non potest.  
Nihilominus credo probabilem nouum pensionarium exigere  
potest à beneficiario pensionem, ac si tibi non solueret: sic ex-  
pressè Azot. 1. p. p. 1. moral. lib. 8. c. 1. q. 5. Ratio est: quia tu  
non transfers in Titium pensionem quam habes, sed tua pen-  
sione extincta nouum Titius obtinet similem prorsus ei, quam  
tu obtinebas. Non enim in pensionibus datur vacatio, sed extinc-  
tio. Ergo solutio tibi facta non potest beneficiarium re-  
luate ab onere soluendi Titio suam pensionem: sibi enim impu-  
tare debet, quod anticipata soluerit. Et confirmari potest exem-  
pli prælati locancis fructus alicuius prædi, & recipientis pen-  
sionem anticipata aliquotum annorum, qui si interim moria-  
tur, non eleverat locatarus à soluenda pensione successori, ta-  
mentis iam antecessori solueret.

12. Secunda difficultas est, an pensionarius agere possit hy-  
pothecaria actione, sive aduersus beneficiarium, sive aduersus  
hæredem. Negat Paul. Castren. con. 3. 8. cuius initium est. Quia  
exemptiones. volum. 1. Felin. e. ad audienciam. 2. de rescript. Mon-  
turi, quia non videntur fructus beneficii tacita hypotheca obli-  
gari pensionario. Tam quia penitus sepe constitutur non in  
alimentum pensionarii, sed in remunerationem ob fetuaria ec-  
clesia facta, vel ob resignationem beneficii posselli, aut iuris ad  
illud. Tam quia penitus est portio separata à beneficii fructibus.  
Ergo fructus beneficii non possunt solutioni pensionis hypothecari:  
Ceterum vetius est posse pensionarium agere hypothecaria  
actione ad solutionem pensionis aduersus quemcumque pos-  
sessorum fructuum beneficii grauitati: sic docuit Gigas de pen-  
sionib. q. 5. 1. à num. 17. Azot. 2. p. p. 1. moral. lib. 8. cap. 13. q. 1.  
Ludovic. Rom. conf. 3. 8. quod incipit in casu proprieatis thematis  
Ratio est quia penitus imponitur super beneficium fructus, ita ut ex  
fructibus beneficii soluenda sit. A quoies certas rei onus impo-  
nuntur, illa es conferunt tacita hypotheca obligata pro illo one-  
re, iuxta leg. codicillis. §. institutio ff. de legat. 2. & notauit Bart.  
in leg. Lueius ff. de aliment. & cibar. legat. & leg. fundam ff. de  
legat. 2. Neque obstat pensionem non esse alimentum, quomodo  
fructus beneficii eius solutioni non hypothecentur: sufficit  
enim quod super ipsos fuerit constituta. Neque valet dicere,  
quod si portio à beneficii fructibus detracta: quia cito ab ipsa  
separata sit, est tamen ex illis soluenda. Dicunt autem separata,  
qua alteria à beneficiario separatur, & applicatur.

13. Tertio difficultas est, posse ne pensionem, cui solutio  
pensionis denegatur, agere aduersus beneficiatum iudicio de  
spolio, seu possesso. Et quidem si per plures annos pen-  
sionem recipit à beneficiario modo negante, non est dubium  
agere posse, quia acquisitione possessione priuatur. At si melius tan-  
tum accepte, negant plures. Probabilis credo agere posse iudicio de  
spolio, Vnde enim actus sufficit in hac parte ad pos-  
sessionem inducentiam: sic Graciam disceptat forens. cap. 1. 1. 3. à.  
num. 20. Garcia pluribus decimis comprobans, 1. p. de bene-  
f. c. 5. n. 40. Quod verum habet, tamen iurio meo confu-  
runt facta sit, nisi facit cum protestatione: sic Gracian. & Garcia  
supra. Addo: aduersus successorem in beneficio negantem pen-  
sionem, potest pensionarium agere eodem iudicio, si antecessor  
soluerit: & quia ex variatione pensionum succendentium in be-  
neficio non mutatur ius pensionarii habentis possessionem ex-  
igendi ex fructibus illius beneficii annualum pensionem: quia  
fundatur in iusto pensionis. & solutione illius facta. Vnde vari-  
atio beneficiariorum est per accidentem: sic Gigas q. 7. de pen-  
sionib. n. 10. Azot. 2. p. p. 1. moral. lib. 8. c. 13. que. 2. in fine, cum  
Glossa in cap. gratioso de rescript. in 6.

14. Quarta difficultas est, an pensione debita alicui ecclesie  
& soluta tuo antecessori possi agere iudicio possessorio, vt  
tibi succedenti in beneficio soluat. Ratio dubius est: quia tu non  
agis nomine proprio, sed nomine tuae ecclesiae, quia ob solutiones  
factas antecessori est in possessione exigendi illam pen-  
sionem. sic Rota dec. 4. in nouis. de res. spoliat. que incipit Pos-  
sessor beneficij. Gigas q. 47. n. 9. Azot. 9. 2. circa finem

15. Quinta difficultas est, an agenti iudicio possessorio obli-  
gatus sit ostendere titulum pensionis, & gratiam factam verifi-  
cate: Alii affirmant, alii negant, quorum opiniones conciliant  
Gigas q. 47. de pensionib. n. 4. Azot. 2. p. p. 1. moral. lib. 8. c. 13. q. 2. di-  
centes non esse obligatum ostendere titulum, si per malos  
annos possederit, quia diuturna possesso titulum presumere fa-  
cit. Seus vero si per modicum tempus: quia recess posse, &  
per modicum tempus non inducit tituli presumpcionem. Hęc  
doctrina verissima est quad titulum, & reservationem pen-  
sionis, quia hic titulus non presumuntur, nisi ex quadragenniali, vel  
trecentenniali, vel saeculi decessionali, possessione, quia stat in con-  
trarium presumptioni iuris, & ecclesiastica beneficia sine di-  
minutione conferantur. Quapropter sive pensionarius agat iu-  
dicio possessorio, sive potestorio, quomodoconque procedat,  
tamen in possessione exigendi pensionem sit, debet ostendere  
titulum,

titulum, & respirationem pensionis; alias erit repellendum. Garcia 1.p. cap. 5. num. 478. & 482. At verificate huiusmodi titulum, & reservationem, credo probabilis non esse necessarium, quando solum agit iudicium possessorio ad solutionem pensionis. sic plures indicauit Rota, prout referit, & sequitur Garcia 1.p. de benef. cap. 5. num. 454. & 461. Ratio est, quia probata per pensionarium pensionis possessione cum titulo, habet suam intentionem fundatam grauandi beneficiarium. Additum, cum quis agit iudicium possessorio, solum praeditum manutinem in possessione, ad quam prætationem obtinendam ius habet ex vi possessoris obiecto, cum titulo. Ergo prius illi non potest, dum ad auctoritatem non probatur nullum habuisse ius possidendi; verum si pensionarius non iudicio possessorio, sed petitorio agat pro solutione pensionis, & titularis obiciat pensionem nullam esse ob incapacitatem pensionarii, vel beneficii ob incapacitatem illius, quia pension medicamenta fructuum excedit, vel centum rectori non remanente libera contra conditionem in litteris expressam. In his ergo casibus dicendum est, obligatum esse pensionarium verificate bartatiuam conditionem ad ipsum pertinentem, tamen si in possessione sit exigendi pensionem, ut multis allegatis docet Garcia 1.p. de benef. cap. 6. num. 479. quia illa quasi possesso, si non sit trecentalis, vel quadragesimalis non probatur veritate illarum conditionum, sed solum facit illas verae præsumptum, præsumptio autem non sufficit ad grauamen beneficio impoundum. At si conditiones potius te teneant ex parte beneficii, quales sunt quod pensio medietatem fructuum non excedat, quod rectori centum libera remaneant, & alii similes, si beneficiarius pensioni consenserit, credo probabilitas penes ipsum, & non penes pensionarium obligationem esse probacionis in contrarium. Quia pensionarius conscientiam pensioni, presumitur valorem beneficii cognovisse, & sibi imputate debet onus cum consenserit. Additum ex defectu talium conditionum potius ad reductionem, quam ad nullitatem pensionis, agendum est. Ergo pensionario non potest onus probandi incumbere. Secus vero dicetur in beneficiario non consciente, sive in successore beneficiarie solutionem, qui in iudicio petitorio condemnatus non potest ad solutionem pensionis, quiaque pensionarius conditiones in reservatione probet.

Supradicta intelligenda sunt de reservatione pensionis ad instantiam pensionis, vel iuxta illius narrationem, secus si ex ipso proprio fuerit reservata, quia tuus non competit pensionario verificate narratiuam, cum pro se habeat voluntatem principis pensionis imponens; sive plurius firmat Garcia 1.p. de benef. c. 5. n. 491. Quapropter ut ab huius pensionis solutione eximat beneficiarius, probare debet causam nullitatis.

16. In exigenda pensione sibi debita hunc modum feruare debet pensionarius. In primis eligere debet indicem executorum iuxta executoriales sibi datas. Qui index necessario debet esse canonicus cathedralis Ecclesia, vel in dignitate Ecclesiastica constitutus, capit. statuum de recrip. in 6. qui haber cognitionem causa, eto executive precedat; coram hoc iudice præfiri debet littera, gratiosas pensionis; & executorias, vi. ipsi constet, qua ratione procedere possit; quibus sic præfertur concedit executor mandatum contra possessorum beneficii, ut intra terminum, qui sibi bene visus fuerit, soluat pensionem decusam, sub excommunicationis pena ipso facto incurruenda, aliique penam, &c. Quo mandato intitulato beneficiario in propria persona, vel eius procuratori, aut si id fieri non possit, quia se malitiosè occulta, publicato ad domum eius, vel in loco publico, sibi ad eius nocturnam deuenire possit. Si intra terminum signatum non compareat, soluerus, publicandus est excommunicatus, & in expensis condemnandus, quarum taxam sibi iudex executor referat. Neque necessitatem est ad hanc publicationem, quod pensionarius interficiat gratiam pensionis; sufficiat si probet esse in qua possessione illam exigendi. Qod si titularis intra terminum comparcat, & opponat causam legitimam, exceptum à solutione, qua possit in coriunctu probari, nempe solutionem pensionis, remissionem ipsius, vel autoritate Pontificis redempcionem illius extinctionem per matrimonium, vel profissio nem, pensionarii inhabilitatem, concedendus est terminus brevis 10, vel 15. dictum arbitrio iudicis, ut causam allegatam probet: quod si probatur plene, suspenditur executio, fin minus, executio fit, aliique iuris remedii ad solendum compelluntur; neque ob inde negatur titularis actio, ut in iudicio petitorio causam sequatur. A mandato autem executive huius iudicis non darur appellatio suspensiva; quia executive procedit. Excede, nisi modum excederet, qui in appellacione exprimeretur.

Nunquam tamen potest his executor ante sententiam datum pro solutione pensionis sequestrum in fructibus beneficii posse resquia sequestrum est odiosum, & à lege prohibitum. leg. 1. Cod. de prohibita sequestrar. & ante condemnationem beneficiarii, cuiusque causa examinationem non est iustum illa cum pena affecte, illigere media odioso, & à lege prohibito vi. At pronunciata sententia, & condemnato beneficiario ad pensionis solutionem, poterit executor sequestrum ponere in be-

nificiis fructibus, ut ex illis fiat pensionario satisfactio; quia in hoc sequestro non gravatur beneficiarius, cum in eius voluntate sit constitutum tollere sequestrum satisfaciendo penitentio.

At si pensionarius non per se, sed per procuratorem agit ad solutionem pensionis, procurator ultra intentionem tituli pensionis verificate mandatum debet; & probare pensionarium viuere tempore decussa pensionis, cuius solutionem petit, quia sine mandato procurator esse non potest, neque pensionem exiere nisi pro vita pensionarii. Quid si beneficiarius oppone expiratio mandatum sive pensionarius tam è vita decessus, probare debet; quia procurator suam intentionem habet fundam; si quidem validum cum mandatum admittitur. Secus vero si beneficiarius opponere faltum esse mandatum, vel pensionarium è vita decessus tempore decussa pensionis sibi penitentia tunc competit procuratori & verificate mandatum & probare pensionarium illo tempore vixisse, quæ omnia latius prosequitur Garcia 1.p. de benef. cap. 5. à num. 350. usque in

## S. VII.

Sub qua pena teneatur beneficiarius pensionem soluere.

1. Duplici pena obligatur, & haec incurruant eo ipso quo pensionem non soluit. Propositur dubitandi ratio. Resolutum non incurruere, quosque pensionarius declarat suam voluntatem.

2. Qualiter hac declaratio facienda est.

3. An possit fieri ante executionem realem. Resolutur posse.

4. An si cedas bona, excusaris penam non solvientibus impensis. Sub distinctione responderetur.

5. Qualiter intelligatur priuatio beneficii, & potestis in pensionario regrediendi ad illud.

1. Duplici pena cogitatur beneficiarius ad pensionis solutionem termino prefijo. Prima excommunicatione ipso facta incurruenda. Secunda priuatio beneficii, & cum potest esse concessa pensionario regrediendi, vel accedendi ad ipsum. Difficilis est, an haec pene incurruant a beneficiario co ipso quo pensionem non soluit termino solutioni prefijo: Et ratio difficultatis est quia in litteris pensionis sub excommunicatione ipso facto incurruere obligatur, inquit enim Ponitius, voluntos. Et eadem auctoritate statueris quod ille, vel qualcumque successor, qui in diuisi sequestris suis (scilicet natibus Christi Domini, & natalis S. Iohannis) vel saltem intra 20. horas, illarum singulare immediata sequentia pensionem prædicam per summa debitum non soluerit cum effectu lapsi diebus eisdem, sententiam excommunicationis incurrat. Ergo transacto termino abque villa alia declaratione excommunicationem cogitari: sic affirmat Azor, 2. p. in fit. mor. lib. 8. cap. 9. que. 5.

At omnino tenendum est, te, non incurre, quousque pensionarius declarat se ita velle: cum enim in eius favore haec excommunicatione, & beneficii priuatio, cuius voluntas temporatur, & duis talis voluntas non declaratur, censor est permisimus dilatationis ex receptione istilo, & coniugatibus: sic Nauar. in sum. cap. 23. numero 103. Cagliador. decisi. 234. de leg. cap. & decisi. 2. de pension, circa finem Flamin. Patr. lib. 3. quæst. 3. & lib. 6. quæst. 2. num. 139. & quæst. 3. à num. 21. Filiae de ipsi. Sacerdot. 1. part. lib. 3. cap. 7. Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 581. Suar. t. 5. de censur. decisi. 20. scil. 2. num. 10. Toler. in sum. lib. 1. cap. 9. vers. hoc tamen. in edit. Roman. Mandol. de signature. gr. iii. de pensionib. vers. clausula excommunicationis Gonzalez glossi. 6. num. 54.

2. Hæc autem declaratio voluntatis pensionarii intendenda, ut excommunicatione ligatur ob non solutam pensionem, debet esse iuridica, & tibi solemnij notificatione facta, atque adeo a iudice procedente, quia ita setiat stylus; sic tradit Cagliador. Nauar. Suarez, & Garcia supra. Neque sufficit fieri per procuratorem absque speciali mandato, ut alius relatis doceat Gonzalez supra. Hæc tamen pensionarii pro solutione pensionis haec declarationem facere non potest; quia potest declarandi non transit ad heredes, sed vita pensionarii finitur, sic relato Cagliadoto decisi. 2. de pension. num. 6. & leg. & decisi. 3. num. 1. & 3. de locato. Caput aquæ. decisi. 155. num. 3. & 4. part. 1. & tradit Gonzalez supra num. 13. Quod vero tubigit Nauar. facta haec iuridica declaratione te fore censendum excommunicationem à termino solutioni prefijo, & ad illum terminum retrocessi excommunicationem, mihi non probatur, sicut nec Suar. in p. 2. num. 11. quia cum rota illi tempore non fuerit contumax in soluenda pensione, sed potius ex proxima voluntate creditoris solutionem dilataverit, non appetit quomodo tanquam excommunicatus reputari, & condemnari possit. Nam ut bene tradit Cagliador. capite Alma. 1. part. §. 10. numero 6. & Suar. dito numero 11. in his ponitis scriptis non est locus fictioni iuris, sed veritas semper ascendenda est.

3. Sed

3 Sed inquires, an haec declaratio pro incurrienda excommunicatione fieri possit, quia executione reali, vel personali prius compere latere solvere. Ratio dubius est quia Trident. fess. 15. cap. 3. de formatione ecclesiarum iudicialebus, cauet excommunicati imponi nisi in subdilium supradictae executionis, & quando alter effectus obinciri non potest. Quapropter non delin doctores, qui conscient ibi preferibil formam imponendi consilium, qua non servata nulla est impositio: sic Franciscus Leo in thes. fori Ecclesiast. 3. p. 38. numero 22. Sayrus de casu, lib. 1. cap. 9. numero 13. Lazarus de moniorialib. fess. 4. qual. 8. num. 7. & tradit Rota apud Gare. 1. p. de beneficio. cap. 5. num. 587.

Ceterum omnino reendam est contrarium, vt constat ex stylo & praxi fatis recepta. Non enim haec excommunicatione expeditur in subdilium executionis realis, vel personalis. Quia ex excommunicatione lata quasi per legem, & ex tuo consentienti cum solutione pensionis sub illa censura consensili. Neque runc praecuasi executionem realem esse prius faciendo, ergo ab quo illa excommunicari, & declarari potes: sic in terminis doc. Garcia loco alegato, & testatur si declarasse facta concilij congregationem his verbis quando litteris Apostolicis datur facultas excommunicandi motu in solutione pensionis, non tenetur executor in ferenda sententia excommunicationis ferente formam decreti Trident. fess. 15. cap. 3. nec huiusmodi facultas censuta data in subdilium.

5 Vtteris inquires, excusari ne ab haec excommunicatione incurreris, alii que posunt, si cedas bonis, assignara tibi congoalitatem, iuxta textum in cap. Odardus de solutionib. Videis non excusat se quo in ditteri pensionis cesserit beneficio didi. cap. Odardus. Et quia penitus are omnia deducenda est ex fructibus beneficis tradunt Couartuu. lib. 2. cap. 17. num. 3. & vix. Garcia 1. part. beneficio. cap. 5. num. 236. Ceterum placet mihi distinctione Suar. tom. 5. de censur. dispu. 20. f. 1. num. 13. affirmando te excusatum esse, si absque gratia dicta tui status & dignitatis clericales pensionem solvere non posse quia pia sumi non potes huic naturali, & stricte obligacioni cedere: et enim iniqua celsio. At h. cum aliqua leui diminutione tui status potes solutionem prestat, tenuis; & in hoc sensu intelligi ut renunciare dicto cap. Odardus. Quapropter s. ordinatus non possit facta tali renunciatione admittere bonorum celiacionem, & congruat sustentacionem tibi assignata potest ad auditorum camere accedere, vt illam admittat, qui eam admittere debet non obstante renunciatione, & signate tibi sustentacionem magis strictam & limitatam, quam regulariter alii non renuntiatis superad. cap. Odardus, assignatus, sic expresse Suar. supra, vbi notar. s. impetrare a Pontifice diploma, vt beneficio dicti cap. Odardus, vti possit, propter de iure concedatur, debere in scripto apponi clausulam derogatoriam cuiuscumque obligationis cameralis, alias non huius est. Atius esse.

5 Secunda difficultas est de pena privationis beneficij, & regulus pensionarij ad ipsum, quia ratione intelligatur. Et quidem beneficiarij non esse obligatum beneficium dimittere, quousque sententia saltem declaratoris criminis accedit. probabilis censu. tract. de legib. dispu. de lege penal. At datam sententia potest pensionarius habens potestatem accipiendo sicut illud, illud accipere sicuti potest dominus bona emphyteutica accepere ob non solutam pensionem, si ad sui petitionem declaratum fuerit emphyteuticam incidisse in commissum. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 8. qual. 4. Aduento tam ob decursum, & non solutam pensionem beneficiarij mortui non posse successorem beneficium priuari, neque pensionario duci regentem, quia cum in vita non fuerit declaratus excommunicatus, neque in excommunicatione perseuerauerit tempore requisito ad privationem, priuari non potest: sic bene probat Azorius dicta 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 9. qual. 4.

## S. VIII.

Quæ sint obligations pensionarij ob habitam pensionem.

1 De obligatione recipiendi officium parvum suis dictum est tract. religionis.

2 Quid de obligatione pensionarij soluendi subdilium, & excusatum, aliisque onera beneficis annexa.

3 Pessime pensionarius de fructibus percipiat libere testari? Negant aliqui. Probabilis est posse.

4 Prima, & principia obligatio pensionarij est recipere officium parvum B. Virginis, de qua obligatione abunde dicitur tract. de horis canonicis. dispu. 2. Neque aliquid occurrit notandum.

5 Secunda obligatio, quam pensionarius habet, est contribuere ab subdilium, & excusatum, ad decimam Papalem, & collectionem ad seminarij contributionem, ad Ecclesie repa-

rationem, aliisque onera beneficis imposita: cum enim pensio ex fructibus beneficij debeatur, & omnia haec onera beneficiorum fructibus annexantur, consequens est, vt pensioni annexa sint: sic Gigas de pensionib. qual. 3. & 19. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 9. qual. 2. Gambarus de officio leg. lib. 6. qual. 5. num. 207. Nicol. Garcia de benefic. 1. part. cap. 5. numero 171. Barbola 3. part. de pote. Episcop. alleg. 77. num. 14. alleg. 64. num. 8. Hinc sic beneficiarium obligatum soluere haec onera posse retinere, cum patrem, quæ pro quantitate pensionis soluenda est: sic relato Decio consil. 1. 5. Cacialupo qual. 17. docet Garcia supra, & Barbola

6 Ab hac regulâ excepit d. bet pensio ex gratia Pontificis ab iis oneribus libera, & exempta: solet enim Ponifex sic pensionem aliqui concedere. Quia concessionem facta tenetur rector beneficij ea onera subire, nihil deducendo pro pensione: sic Gigas, & Azor. supra num. 171. Gambarus. à num. 216. Haec tamen exceptio & priuilegium solet sequentibus priuilegiis in contrarium derogari cuius derogatio vt habeant effectum, debet expresse fisi, & per verba satis clara: sic Gare, supra.

7 Quod si hac exceptione non obstante pensionarius cogebatur a collectore apostolico illa onera subire, debet antequam soluat protestationem premittere, quod coactus, & timore censuratum compulsi soluit aliter non solutus. Quia protestatione facta solutio ei nocere non potest: quia non est voluntaria, vt colligitur ex leg. voluntaria. Cod. de excusatione, & cap. accessoriis de priuilegiis. cap. 5. cum accessione, de confessione, & ex Battol. in leg. 1. Cod. de his qui sponte mun. publ. subveni. lib. 1. & Ludovic. Roman. consil. 2. 5. & tradit. Gigas questione 1. part. instit. moral. lib. 8. cap. 13. qual. 8. At si protestationem non praemissa soluit, probabile est admittere priuilegium, probabilis enclui oportunitas tract. de legib. dispu. 4. p. 19.

8 Ultra supradictas obligationes affirmant aliqui pensionarium de iure communi testari non posse de fructibus pensionis, sicuti non possit beneficiarius ex fructibus beneficij quia cum pensio sit quedam portio ex beneficio fructibus detracta, eidem regulis metiti debet: sic Nauart. de redditib. qual. 1. monit. 3. num. 2. & 3. & de spoliis. & num. 8. Sarmiento de redditibus. part. 3. cap. 1. numero 7. Redoan. de spoliis Ecclesiast. §. ex his. cap. de rebus Ecclesiast. Rub. 33. qual. 1. ad finem. Mol. de instit. 1. tom. tractat. 1. dispu. 1. 4. 5. Garcia 1. part. de beneficio. cap. 5. n. 161. Contrarium huius sententiae defendit a grauissimis doctoribus, liberumque pensionarium, tenebunt, vt de pensionis fructibus possit pro ipso arbitriatu, sive in vita, sive in morte disponere: sic Gigas qual. 5. 2. Couart. in cap. cum in officio. num. 6. ad finem de testament. Menoch. de arbitr. casu 172. numero 8. Quintana Duennas lib. 2. Ecclesiast. num. 7. Butfatus consil. 178. ex num. 2. ad 37. Zetola in praxi Episcop. 2. part. verbo pensionarii. §. 2. & verbo spoliu §. 15. Mouenur, quia solum beneficiarii videtur haec obligatio imposta, & non pro omnibus eorum bonis, sed pro illis tantum, quæ ratione, & iure Ecclesiæ acquirunt; quia haec tantum sunt, quæ in Ecclesiæ vsum conueni debet, vel successoris in beneficio reservari, vt colligitur ex cap. cum vos. de officio ordinari, capite presenti, edem titul. in. 6. At pensionarius neque est ne beneficiarius, neque fructus percipit iure Ecclesiæ, sed iure renuntiations, gratitudinis, aut simili sibi in alimento, & subdilium vita concessos. Eigo potest de illis liberè disponere.

In hac re distinctione virtut Azor. 2. part. instit. moral. lib. 7. cap. 3. qual. 8. & 16. affirmit namque spectato iure communi, pensionarium liberè disponere posse de fructibus pensionis, neque sub spolio clericorum contineti ob rationem dictam; quia citò sunt fructus beneficio sunt tamen à beneficio separati, & pensionario applicati, non iure Ecclesiæ, sed aucto titulo. At spectatis constructionibus Pontificis Pauli 1. I. lviij 111. & Pij V siuequam pensionarium de illis disponere pro libito posset, sed in vita debere residuum sustentacionis in viis pios exponere, & in morte non posse de ipsis testari, sed camere Apostolice applicatos esse.

Ceterum mihi sententia Couartuu. Gigantis, Menoch. & aliorum magis probatur: quia nullum verbum video in constitutionibus supradictis, ex quo haec inhabilitas ad testandū colligatur. Nam constitutiones Pauli III. & Iulij III. non loquuntur de fructibus pensionis, sed de acquisitis per beneficiarium titulo negotiacionis, vel aliunde contra factos canones. Constitutione vero Pij V nihil aliud facit, quam exceptionem ponere aliquorum bonorum, ne sub spolio camere Apostolice debito comprehendantur, in quo utilitati, & indemnitat. Ecclesiæ prouidit, & licet subdar. Ponifex reddiūs, & prouenitius beneficij, seu pensionis valorem 30 ducatorum non excedentes, sub spolio non comprehendit; non inde infatur redditus & prouentus beneficij pensionis extenderent valorem 30. ducatorum comprehendit, sed solum infatur reliqui dispositioni iuriis communis; cum autem ex iure communis solum constitutus redditus & prouentus beneficij sub spolio clericorum comprehendit; efficitur sane redditus, & prouentus pensionis liberos esse ab hoc onere; picciola posse pensionarium de fructibus

factibus pensionis in vita, & in morte disponere; neque sub spolio camere Apostolicae continet, tam spectaculare antiquo, quam novo.

## S. IX.

Quaratione pensionarius possit pensionem in alium transferre.

1. Affirmans plures pensionem translatam eandem esse in translatione, ac etiam in transiente.
2. Probabilis est per translationem nouam pensionem constitui.
3. Et si factio contraria,
4. Fideiensor datus a beneficiario non obligatur translatam pensionem.
5. Solum ex autoritate Pontificis est potestas transferendi pensionem.
6. Quis modus servandus sit in translatione pensionis.
7. In quas persona transferri possit.
8. Potestas transferendi pensionem prima translatione valida finitur.

**N**egari non potest vnu & stylo Romanae curiae pensiones transferri. Hec igitur translatio est mutatio iuriis ex una in aliam personam.

1. Dubium tamen est, an sic eadem pensio in translatio, que erat in transiente. Afirmat Suar. tradi. 3. lib. 4. cap. 33. numero 6. Rota in rma Carpentoratum, pens. 29. Maij 1602. Omnia Segobiensi. 20. Maij. 1598. relata a Garcia 1. part. de beneficio cap. 5. numero 26. Et probatur, quia transientes pensionem cedit iurius quod habet, ut in translatio sit. Ergo non est aliud ius in translatio, ab eo quod erat in transiente. Alius non est translatio, sed noua pensionis constitutio. Et quidem confirmari potest, si census tempus esset ea conditione, ut loco return, que solutione hypothecata sunt, aliae subrogantur posse, & de facto subrogantur, per talen subrogationem non constringeretur bonus census, sed antiquae persecutae mutantur mutationis hypothecis, quatenus mutatio non sufficit ad mutandum obligationem census, & quia eadem persecutae, sed per translacionem pensionis non mutare obligatio, sed quia erat comparatione conferentis, est respectu translatarum. Item census non variatur ex eo quod ex uno in alium transferatur, quia a semper eadem obligatio perseverat. Ergo similiter non variabitur pensio ex translatio vnius in alium.

2. Nihilominus dicendum est per translationem pensionis nouam pensionem constitui, & antiquam extingui, sic ex communione sententia testatur Gegas de pension. quaf. 7.4. numero 1. & quaf. 88. num. 8. AZOR. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 10. quaf. 5. & cap. 11. quaf. 1. Gratian. discep. forens. cap. 123. numero 77. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. numero 25. Flamin. Parisius lib. 6. de resignat. q. 4. numero 7. Ratio est, quia in pensionibus non datur vacatio, & quia non sunt iura realia, & perpetua, sed temporalia, & personalia, unde mutatio personis ipsa iura mutantur. Alias si idem ius in translatio esset, ac erat in transiente, mortuo transiente petret ius translatarum, quia transientes solum habebat ius pensionis pro sua vita, & consequenter non posset ultra vitam propriam ius translatarum concedere. Ergo per translationem non transferit ius idem, sed aliud in conditionibus simile. Et ob hanc similitudinem dicitur eisdem pensionis fieri translationem, tametsi pensio translati di finita sit.

Neque obstante contraria. Concedo pensionarium cedere iurius quod habet, ut in translatio sit aliud simile, non vero sit idem. Ad confirmationem primam admitto gratias census non variari, ex eo quod variantur hypothecis; non tamen inde inferatur non variari pensionem, si pensionari variantur, quia vnitatis census non tam ex hypothecis, quam ex obligatione debitoris desumitur, que cum eadem sit idem est census: at vnitatis pensionis ex voluntate pensionari desumitur, quia illo percutere petit, ac proinde ad variationem pensionari variatur pensio. Ad 2. confirmat. dico census perpetuus non variari ex translatione vnius ex usufructu in alium, si non variatur beneficium, et si beneficiari variantur, quia pensionis non amittuntur; secus dicendum est in pensionibus, que pensionarii adhaerent, & cum ipsis percant; sicut vnu iustus cum usufructu, & census virilicus cum persona cui soluitur.

3. Ex his infertur fideiustorem datum a beneficiario in favorem primi pensionarii, non transire in translarij favorem; quia protogatio fideiustionis ex sola fideiustor's voluntate pender; nos ex pensionarii, neque ex Pontificis voluntate; cum autem fideiustor solum dederit fideiustionem in favorem primi pensionarii, nequam ad translarij favorem extendi debet, & ita docet Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 247. decisionibusque Rotar. comprobatur.

4. Secundo dubitabis, quibus competat potestas transferendi pensionem? Certum est nemini competere posse, nisi ex autoritate Pontificis. Quia nullus excepto Pontifice competere potest facultatem grauandi beneficia. At per translatio-

nem pensionis beneficia grauanteur; siquidem onus impositum denouo protogatur. Ergo fieri non potest ex alterius contentu, quia Pontificis sic AZOR. 2. part. institut. moral. lib. 3. cap. 11. quaf. 2. Garcia 1. part. de ben. fo. cap. 5. numero 242. Gonzalez gloss. 5. §. 5. numero 38. Cambarus de off. legat. numero 225. Flamin. Paris. lib. 6. de resignat. quaf. 4. numero 13. & seqq. Persona, quibus haec facultas competit, ratiæ sunt: nam elli ex concione Leonis X milites S. Petri facultatem habuerint transferendi pensionem centum ducatorum, & milites S. Pauli à Paulo III. creati facultatem habuerint transferendi pensionem ducentorum ducatorum camerulum, & milites Pij, sic nominari, quia à Pio I V. instituti sunt habuerint facultatem transferendi pensionem centum, & quinquaginta ducatorum camerulum. Plus tamen V. in sua confit. 71. has omnes facultates revocavit, neque concedendas dixi, nisi Cardinalibus, & viris de Ecclesia multum bene meritis. Sixtus vero V. indicans milites Laureanos ab ipso institutos de Ecclesia bene meriti, facultatem eis concessit transferendi pensionem ducentorum ducatorum camerulum. Nunquam tamen intelligenda est haec potestas concessa, nisi verbis claris exprimatur, quia est odiola, & beneficis Ecclesiasticis nimis gravis. Felix lib. 6. de resignat. q. 4. numero 28. cum seqq. Putetus decif. 342. lib. 2. Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 241. AZOR. 2. part. institut. moral. lib. 3. cap. 11. quaf. 9.

5. Tertio dubitatur de modo, quem feruare debet pensionarius in translatione pensionis? Cum dubitatione respondeo, illum esse feruandum, qui in facultate præcipitur. Regulariter haec translatio facienda est coram canonico cathedralis Ecclesiæ vel personis in dignitate constituta, iuxta textum in capitulatum de reform. in 6. neque alter facti potest, nisi in facultate expresse cautum sit; quia nullus aliud spectato iure, capax est commissum apotholiceum: sic AZOR. 1. part. institut. moral. lib. 8. cap. 11. quaf. 1. Garcia 1. part. cap. 5. numero 244. Genovesi. in præf. cap. 8. numero 10. Huic ergo canonico, vel personis in dignitate constituta præsentantibus lunt litteræ originalis, vel alias authenticæ, quibus pensionato datur fiducia translati, pensionem. Alias procedere non potest; quia non potest procedere, quia ei contex iuridice de iurisdictione sibi concessa, quam ex hiatus literarum accipit. sic Mandol. de signat. gratia. tit. de translat. pension. ver. nonnunquam. Flamin. de resignat. lib. 6. q. 4. n. 37. Garcia 6. p. de ben. fo. cap. 1. num. 11. & 16.

Milites vero Lauretani, & alii, quibus ratione sui statu concessa est facultas pensionem transferendi coram notario, & testibus, non indigne offensione privilegiorum. Tum quia non eligitur in hac translatione index executor qui tractat, & cui commitatur iurisdictio. Sed ab illo index executor ex consente pensionarii authenticè fit translatio. Tum & pizzi, quia ipa' privilegia omnibus nota sunt, sufficit ego si transuersus probe ex illorum familia ecclesie Mandol. supra versum S. Petri. Flamin. quaf. 4. numero 40. & 41. Caccia num. 15.

Ad huiusmodi translationem potest pensionarius vi prætrahere; qui generale est censori factum per se ipsum, quod per alium facit, & posse facere per alium, quia potes facere per te ipsum dum prohibitus nos fueris reg. 68. de Reg. in 6. sic ex decisione quadam Rotar. probat Garcia 1. part. de benef. 5. n. 246. Conflens beneficiarii grauare pensione ad hanc translationem non requiritur. Quia Pontificis libetam beneficiorum administrationem habet; potest ergo grauare beneficia his censori beneficiarii Gegas de pensionib. quaf. 83. num. 9. At in pensionibus impositis ob causam resignationis, nunquam censori Pontifex consentire, ut transferantur ab illo quod est suu resignat, ne resignat, ne conqueratur sibi onus imponi in quod nullo modo confessit, cum beneficium accepto. AZOR. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 11. quaf. 8. Tempus autem in que pensionem transferre potes (si in litteris Pontificis non limitatur) est curfus vita. Quia non teneris feruare regulam de infirmis, quia cauerer, ne beneficiarii resignare beneficia possint, intra 20. dies ante obitum, sed in plomer articulo mortis constitutus habes potes facere translationem, sic Gomezius in ms. Cancellar. de infirmis. q. 16. Mandol. ibi. quaf. 11. AZOR. 2. part. institut. moral. lib. 8. cap. 11. quaf. 10.

6. Personæ in quas haec translatio fieri debet, sicut alias habiles pensionis recipienda. Solum est dubium de filio illegitimmo compatrio patris in quinam capax sit pensionem patris recipere. Negat Mandol. tradi. de signat. grat. & institut. translations. Garcia de benef. 7. part. cap. 3. n. 36. quia successio in beneficis reprobatur à iure, præcipue à Clemente VII. ann. 1530. in sua constitutione, que in ordine est 36. cuius ratione refert Gegas de pensionib. quaf. 8. 6. Navart. cap. 5. num. 20. except. 2. 1. in prime. ibi enim prohibetur filius illegitimus beneficium quodcumque Patris habere, ergo prohibetur successio in pensionibus, que loco beneficii succedunt, & sub hac probatione favorabili comprehendendi debent. Item quia Trident. 16. 25. cap. 15. de reform. prohibetur ne filius illegitimus pensionem habeat super beneficium, quod pater obtinuit, ne patrem inconscientem exiret memoria, quia ratio ex quæ probat de pensionum successu.

successione. Deinde Pontifex in sua constitutione incipiente, quia ordinis Ecclesiastice decratis ut nullus sive ex testamento, sive ab hereditate, sive legato, sive elemosyna, sive alio quocumque titulo & pro opere, ex bonis Ecclesiae aliquid ad ipsius filios transmittat; at pensionis fructus Ecclesiae bona sunt; neque ergo pensionarius clericus ad suum filium spurium transmigere. Ceterum dicendum est posse patrem pensionarium habentem facultatem transferendi pensionem eam in filium suum illegitimum transferre: sic Gigas de pension. quest. 8. 6. num. 5. Flamin. de resnat. lib. 6. quest. 4. num. 21. Gonzalez ad reg. 3. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 22. Barbola de post. Episcop. p. part. alleg. 65. num. 57. Quia haec facultas cum sit praeiugium principii, est late interpretata. Tum quia a iure solum est reprobata successio filij in beneficis parentis, quia prohibitus non debet extendi ad pensionem, cum sit odiosa & penalis, & quae excludit a beneficis alias habiles. Neque Trident. ratio ex quo militis in pensionis translatione, ac in beneficio; quia beneficium semper est idem; at pensionis translatione exinguuntur cariaci penitus & noua erigitur. Addebet ratio decidendi eadem est in pensione, ac in beneficio, non infertur candem esse dispositionem; quia in penalibus, & odiosis non extenditur lex similitudinis rationis. Pontifex vero huic translationi in illa constitutione non contradicit; quia loquitur de alienatione bonorum Ecclesiae, non de translatione beneficij, vel pensionis: & insuper loquitur de transmutatione bonorum Ecclesie donatione, legato, testamento, &c. & penitus non iis modis transferunt, sed collatione Pontifica: sic Garcia 7. part. de benef. cap. 3. num. 34. Hoc autem intelligendum est, vt non procedat in pensione, quam pater habet super beneficium a se aliquando possit; quia pensiones in beneficis paternis habent omnes filios illegitimus prohibetur. Trident. sess. 25. cap. 15. de reformat. Flamin. Gonzalez. & Barbola supra.

7 Tandem adierto potestatem transferendi pensionem prima translatione valida fuisse, nisi aliud in litteris fuerit expressum; concessum, ex leg. legia bonis, §. hoc sermone ff. de verbis significat, quia per primam translationem validam abdicat a se pensionarius omnes usus pensionis. Ergo nihil habet ultra, quod possit transferre. Ergo si ipsi translatari non conceditur potestas transferendi pensionem, penitus non est transfertilis: sic Gac. 1. part. de benef. cap. 5. num. 247. Gonzalez gloss. 11. num. 82. probatque Oxom. 20. Maij. 1598. coram D. Litta Dixi finiri potestatem transferendi prima translatione valida; quia invalida translatio reputatur, ac si facta non fuisset, ac proinde non impedit translationem; quia quod de iure fortius effectum, non praefat impedimentum. reg. 52. non praefat de regul. iuris. in 6. & tradit Garcia 1. part. de benef. cap. 5. n. 252. vbi testatur sic a Rota fuisse dictum.

## S. X.

Quot modis pensiones extinguantur.

- 1 Morte pensionarii penitus extinguitur.
- 2 Quid dicendum de pensionibus impostis in capite unius ad commodum alterius?
- 3 Matrimonio penitus extinguitur,
- 4 Quid si ex facultate Pontificis retineatur penitus in ordine militari, & professio facta non sit sarcina Trident. conditionibus.
- 5 Quid si ducat uxori emi miles contra consensum supremi ordinis Magistrorum sub distinctione respondetur.
- 6 Quid si data sit facultas retinendi pensionem post matrimonium, & interim miles Lauretanus pensionarius factus est?
- 7 Promotione ad episcopatum penitus extinguitur.
- 8 Extinguitur penitus professione religiosis. Et quid in Societate Jesu?
- 9 Item extinguitur militia assumpta.
- 10 Item ob cessionem pensionary nulla autoritate superioriorum factam.
- 11 Item ob non delatum habitum clericalem, & tonsuram.
- 12 Item extinguitur si solutione anticipata redimatur.
- 13 Tandem extinguitur, si beneficium pensionarius obtinet, in quo penitus sita est.

V Atque sunt modi, quibus pensiones exinguuntur. Primum, & praeceps est morte pensionarii, quia haec servit in beneficio solum pro eius vita conceditur, ut ex omnium sententia testatur Azor. 2. part. inst. moral. lib. 8. c. 10. in princ. Flamin. lib. 6. de resignat. quest. 4. num. 3. & 31. Gac. 1. part. de benef. cap. 5. num. 239. Gonzalez. ad reg. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 40.

2 Dubium tamen est, cuius morte spirent pensiones in capite unius, impostis ad communitatem alterius: sicut enim Pontifex pensionem in beneficio Hispanis Italo concedere, sed quia ipse Italus nomine proprio obtinere pensionem non potest ob leges regias, & pragmaticas sanctiones, querit Hispanum, qui pensionem proprio nomine recipiat, & ei obligetur pen-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

sionem reddere: Queritur ergo cujus morte exinguatur haec penitus, morte inquam Hispani, an Itali, an vetustaque? Ex quidem difficultate non certe haec reservationem pensionis validam esse; quia est in fraudem, & derogationem privilegii remuneratorij a sede Apostolica concessi regis Hispanie, ut nullus exterius neque beneficium, neque pensionem Ecclesiasticam ibidem habere possit, cui privilegio videtur derogari concessa Italo omni communitate pensionis, tametsi in capite Hispani imponatur; quia nomine tenus tantum imponitur, & forte ob hanc causam Itali a beneficiario Hispano scheldiam banchiarum exigunt de soluzione Romae facienda, timent enim beneficiario legibus regis, & privilegio regali negaturum solutionem, quod ne contingat supradicta obligatione praecaudet. Concessio ergo validam esse haec reservationem, vel quia Pontifex dispensat in supradicto privilegio, vel quia privilegium est, ne exeti beneficium, & pensionem iure, & titulo proprio in regnis Hispanis obtineant, non autem quod non obtineant beneficij communitatem. Dicendum est, si in capite Hispani reservata fuit penitus, (ut semper reservari solet) tametsi in gratiam Itali morte Hispani finiri pensionem; quia cum ipse titulum, & proprietatem habeat ipso perteinere per pensionis Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 262. Azor. 2. part. inst. moral. lib. 8. cap. 6. quest. 7. testaturque a Rota sic fuisse dictum Quapropter Italus sic pensionem obtinet, simul etiam obtinet, ut Hispanus supradictam pensionem transferat, ne ipso communitate pensionis priuetur perteinente Hispano. Difficultas ergo est, an perteat penitus perteinente Italo, ad cuius communitatem statuta est: effo ut Hispanus, qui titulum habet. Negant aliqui, quia alias pension non effat data Hispano absolute, sed solum conditioniter, dum vixerit is ad cuius utilitatem conceditur. Alii, & probabilius, affirmant perteinente Italo pensionem petere, quia cum tota gratia, & reservatio pensionis Hispana facta sit correspondit ad utilitatem Itali, hac cessante, cessare videtur: sic ex decisione Rota in via Hispano, pensionis facta coram D. Binaro, 15. Octobr. 1571, probat Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 263. & num. 270. & sequentib. comprobant duplice decisione Rotali ex libro dataria delumentum esse, ad cuius communitatem penitus referatur sit.

3 Secundus modus extinguendi Ecclesiasticam pensionem est per matrimonium contractum verbis de praesenti: haec enim penitus loco beneficij succedit, eiusque naturam imitatur, sed beneficium vacat matrimonio contracto, ut est omnium sententia. Ergo & penitus, & ita vix styloque Romana curia receptum est hic post alios antiquiores, quos refutare, tradit Gigas de pensionib. quest. 54. Couartu. 4. decree. 2. part. 6. §. 3. Azor. 2. part. inst. moral. lib. 8. cap. 10. quest. 1. Sanch. lib. 7. de matr. dij. 44. num. 4. Garcia de benef. 1. part. cap. 5. n. 108. Barbola de post. episcop. alleg. 17. num. 205. Fatinac. in fragmento verbo clericus. num. 331. Flamin. lib. 1. de resignat. q. 1. n. 13. & lib. 6. quest. 2. num. 113. Hinc sic illo matrimonio extingui pensionem, quo beneficium vacat; ac proinde cum sub opinione confitutum sit, vacet ne beneficium per matrimonium alias irritum, etiam sub opinioni positum erit, exinguatur ne penitus tali matrimonio. sic Azor. Sanch. Barbola &c. supra.

4 Solum est dubium, an vacet penitus, si facultatem obicienes a Pontifice retinendi pensionem contracto matrimonio post professionem in aliquo ordine militari, si professionem emittere ante 16. annum, & antequam annum novitatus explices? Ratio dubia est: quia ex Trident. decreto sess. 25. cap. 15. de Regul. nulla est professio facta supradictis conditionibus non literata, ergo qui sic profesus ducetur vxorem, absque professione legitima illam ducet; & ac proinde retinere non poterit pensionem. Ceterum affirmandum est pensionem retinere possit Flamin. lib. 6. quest. 2. num. 11. Thom. Sanch. lib. 7. de matri. disp. 44. num. 8. Azor. 1. part. inst. moral. lib. 8. cap. 10. quest. 1. verf. aliquando. Ratio est, quia illa professio sic facta validata est; eo quod dictum Trident. hos milites non comprehendit: loquitur enim de religiosis communem viam degentibus, & veram paupertatem promittentibus, & bonis omnibus renunciacionibus, quia de illis loquitur Trident. cap. 15. de quibus loquitur 16. cap. sequentis: liquidem scirem orationis precedens continuat, ut colligatur ex illis verbis initio capituli positis. Nulla quoque renunciatio dictio enim quoque, continuatur est, sed in cap. 6. non loquitur concilium de his militibus quia ipsi nullam honorum renunciacionem praefant, nec veram paupertatem videntur. Ergo neque in cap. antecedenti, vbi de actate & tempore ad professionem requiritur, hos milites comprehendit. Deinde quia incedens concilium hos milites comprehendere, sicut & alios religiosos sub obligatione contributionis pro seminario eos exprimit: sess. 23. cap. 18. Adde milites Hieronymitanos quoq. le statuto subdidiisse huic Trident. decreto ut testatur Flamin. Sanch. & Barbola in remission. concilij ad supradictum locum. Ergo signum est antea non comprehendit.

5 Sed quid si ducat uxorem miles absque consensu superiorum ordinis Magistri contra eum statuta, percibit ne penitus

Dolin

Distinguendum est cum Azor. *suprad. lib. 8. cap. 10. quæst. 1. in fine.* Si ob omissionem confeosum supremi Magistri priatur miles priuilegii militaribus, amitteret quidem pensionem i quia illam teneat ex priuilegio ordinis militari concessio. At dum his priuilegii non spoliatur, pensionem retinere potest. Videndum tamen est, an ob hanc causam possit supremus Magister hac solitatione militare afficeret.

6. Quid si ex facultate Pontificia retineas Ecclesiasticam pensionem aliquo tempore determinato, verbi gratia uno anno post matrimonium contractum, & antequam annus elabatur officium successoris militis Lauretanii, quibus conceditur facultas retinendi pensionem: poteris talem pensionem retinere, sicut si nullum matrimonium contraxisses? Negat Roja *in una Romana pensione*, 13. Martij 1609. quia priuilegium Lauretanæ militie est retinendi matrimonio contracto pensionem toto eo tempore, quo retinere poterat ante suscep- tam militiam; & tu solum poteras retinere pensionem uno anno post matrimonium contractum. Ergo assumpta militia solum illo anno retinere poteris. Ceterum mihi probabilium apparet te in perpetuum retinere posse: sic Garcia docet nuper relatus Ratio etiæ quia illa pensione a principio non fuit pro limitato tempore concessa, sed fui concessa absolute, debebat autem extingui matrimonio contracto, quam extinctione suspendit facultas Pontificia pro uno anno concessa. Si igitur interim suscepisti militiam Lauretanam, cui est concessa pensionem prorogari non obstante matrimonio; effectus sanè tuam pensionem protogari; quia superueniens militia impedire extinctionem, quam matrimonium cauferet debebat, sicut & post assumptam militiam matrimonium contraherebatur.

7. Tertio extinguitur pensio per promotionem ad Episcopatum, quia per hec modi promotionem beneficium vacat: sic Gegas quæst. 5. & consil. 149. n. 8. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. c. 10. quæst. 2. Garc. 1. part. de benef. c. 5. num. 110. Hieronym. Gabs. consil. 100. lib. 2. qui idem sentiunt de promotione ad Abbatiam, per quam beneficia priora vacant.

8. Quarto extinguitur pensio Ecclesiastica, sicut & beneficium per professionem expressam, vel racitam religionis, ex recepto curiae Romanae stylodis Gegas quæst. 57. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 10. quæst. 3. Garcia 1. part. de benef. cap. 5. num. 114. Thom. Sanch. lib. 7. in deca. cap. 29. num. 2. & 8. Sub haec regula comprehenduntur equites D. Ioannis, non autem alii religiosi aliorum ordinum militiam; quia nec vere religiosi sunt, nec statim habent incompatibilem, sic Sanch. num. 9. Aduerit, & bene idem Sanch. num. 10. per vota benni facta a religiosis Societatis Iesu non vacare pensiones, sed illas possidere posse, interim dum professio, aut vota coadiutorum simeatorum non emittuntur.

9. Quinto extinguitur pensio per militiam assumptam, quia affluitus status alienus ab Ecclesia, & consequenter indigneus, cui concedatur illius fructus: sic Gloss. cap. vlt. de clericis non residentibus, verbo redierint. Gegas quæst. 55. Azor. 2. part. instit. moral. 1. 8. c. 10. quæst. 3. gloss. 1. num. 54. Flamin. lib. 1. de resignat. quæst. 1. num. 22. Patina. fragment. verbo clericis. num. 138. Debet tamen prius pensionarius moneri, quod si monitus non deliterit, eo ipso extingui censetur.

10. Sexto extinguitur pensio, sicut & beneficium vacat, si monitus pensionarius, vt habitum clericalem, & tonsuram defterat, non obedierit, quia sic haberet in continuo. Sixti V. quæ incipit. Cum facerent, edita s. I. das Ianuarij 1588. & tradit Gonzalez gloss. 15. n. 56. Azor. 2. part. instit. moral. lib. 7. cap. 17. quæst. 1. vers. 1. coll. decimum, quartum crimen. Barbola tercia part. de potest. epif. cap. allegat. 57. n. 117.

11. Septimo extinguitur pensio cessione à pensionario facta. Neque ad hanc cessionem authoritas superioris requiritur: cum enim pensio in utilitate pensionari constituta sit, sola pensionari voluntate cessare poterit. Neque obstat beneficium cessare non posse sola beneficiarii voluntate. Qui in beneficio est longe diuera ratio à pensione. Nam beneficio dimissio nocere Ecclesia potest: at pensionis dimissio semper est Ecclesiae favorabilis. Vt pote que Ecclesia liberam relinquit. Item beneficium vacat, aliterque est conferendum: at pensio dimissione extinguitur. & ita tenet Nauarr. summ. cap. 23. n. 3. Gomez in regul. de infirmis resignatibus. quæst. 16. Paul. Roman. quæst. 8. de pensionib. Gegas quæst. 55. num. 5. Azer. 2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 10. q. 6. Hinc fit non solum totam pensionem, sed & patrem remittere pensionem posse; quia quilibet huius templa in Ecclesia utilitatem cedit: sic Azor. dicta q. 6. in fine.

12. Octavo extinguitur pensio, si soluzione anticipata redimatur. At vero haec redemptio pro solo beneficiarii, & pensionarii cœlenu fieri possit, rati. de viis relig. opposit. disputat. de simonia. punitio 13. examinavi: ibi enim dixi, spectato styllo curia, authoritate Pontificis requiri, vt omnis simonia suscipio eviteretur, tamen in rigore absque tali authoritate fieri possit.

13. Non dicunt aliqui pensionem extingui, si pensionarius obtineat beneficium, in quo pensio sita est, quia cessabit ius percipiendi fructus ex alieno beneficio, in quo iure pensio possit.

sita est: sicut cessat & susfructus proprietatis rei aquifera, vt ex presé habeatur in leg. si tibi fundi & susfructus, & quibus modis susfruet, amittatur. Dixi, si vere beneficium obineret; quia non sufficit illud obinere de facto, nisi iure obtineas; sicut non sufficit ad intendendum & susfructum, quod tibi lege te fundi proprietas si haec ad aliud pertineat, leg. dominus. ff. de susfructu, & quernadmod. quis utat, sic Gegas de pens. quæst. 49. & exilio Azor. 2. part. instit. moral. lib. 10. octauo capi. 10. quæst. 7.

## DISPUTATIO II.

De his qui beneficia prouidere possunt, & de illorum prouisione, & acquisitione.

### PVNCTVM I.

Quibus modis beneficium acquiratur.

1. Acquiritur actu & potentia, & qualiter hoc contingat.
2. Actu acquiritur collatione, institutione, electione confirmatione. Et qua hoc sit.
3. Beneficium in potentia, seu ius ad beneficium quibus modis acquiratur.
4. Explicatur qualiter per electionem, & ante acceptationem in beneficium acquiratur.
5. Qualiter presentatione, & qua ad illam requirantur.
6. An sit obligatio ordinaris admittere presentationem illius qui nos est, & per procuratorem se presentat. Resoluta tur esse obligatum.
7. Ad valorem presentationis acceptio requiritur.
8. Non per qualibet presentationem ius in beneficium presentatus acquirit, sed per presentationem, cui debet institutio.
9. Gratia expectacionis ius ad beneficium acquiritur.
10. Item acquiritur ius mandato de prouidendo.
11. Ha gratia expectacionis & mandata de prouidendo per concilium sublata sunt.
12. Collatione nondum accepta ius ad beneficium conceditur.
13. Confectudo, seu priuilegium operandi ius ad beneficium habuit.
14. Ius ad beneficium conceditur pensionario, si pensio ei non sufficiat.
15. Qualiter ius ad beneficium acquirat cui est beneficium concessum in eventum priuationis.
16. Item cedens ius ad rem coadiutoria cum futura successione.
17. Qualiter oppositione ius in beneficium acquiratur.
18. Qualiter ius in beneficio à iure ad beneficium diffatur.

1. Dupliciter beneficium acquiri potest. Primo actu; secundum in potentia, quod alii terminis dici solet. Acquistat potest ius in beneficio, vel ius ad beneficium. Dum beneficium actu non acquiritur, dici non potest esse acquisitum; quia interior neque est tuum, neque sicut illius habes; ad finem diceret esse acquirendum, & ius ad illud habendum habere.

2. Beneficium ergo actu acquiritur tripliciter: collatione, institutione, electionis confirmatione, si enim modis ius in beneficium conceditur. Azor. 2. p. 1. instit. moral. lib. 6. cap. 11. quæst. 1. Collatio in presenti est donatio, i.e. concessio beneficij vacantis à praelato liberaliter facta, c. e. proprie, c. quia diversitatem, cap. 1. cum nosris de concessione probenda. Et e. omnium officio vicarii, in 6. Dupliciter sit haec collatio, vel mera propria concedentis; vel ad petitionem impetrantis, vt constat ex cap. si motu proprio, & tibi absenti de prebendis in 6. Quocunque modo ex his fiat, non varia naturam collationis, hoc est libens donationis, seu concessionis.

Institutione est concessio à praelato facta praesentatio à patrino. Differat à collatione; quia est concessio obligatoria: obligatus enim praelatus beneficium conferre ei qui est à patrino presentatus, & tradit Abbas in e. autoritate. num. 7. de institutione August. Barbola 3. de potest. epif. alleg. 72. num. 1. At collatio propriæ sumptu non est obligatoria, sed voluntaria beneficij concessio; quia pro sua voluntate praelatus beneficium confer, cum possit non conferre.

Electio confirmationis est approbatio superioris electionis à collegio factæ aliquavis personæ ad dignitatem, praetorium, aliudve beneficium vacans. Differat à collatione; quia est obligatoria, non libera. Differat à institutione qui est de persona à communitate Ecclesiastica electa, cum tamen institutio nominationem Ecclesiastici non requirat, sed lex è laici sit. Verum esti collatio ad institutionem, & electionis confirmationis differat, vt est expressa decisio textus in cap. cum in illis. 16. §. cum autem, de prebendis, in 6. ibi, cum autem inter collationem,